



3461 1891-1892 98.



Id est:

OBADIAS ARMENUS,

Qvo,

I

4376

Cum Analyysi Vocabulorum Armenicarum Grammaticâ, &
Collatione Versionis Armenicæ cum Fontibus, aliisque,
maximam partem Orientalibus Versionibus,
exhibetur.

PRIMUM IN GERMANIA SPECIMEN CHARACTERUM ARMENICORUM,

In Celeberrimâ Academiâ Lipsiensi
procuratorum.

a 1680

M. ANDREA ACOLUTHO,
VRATISLAV. SILES.

ANNO EPOCHÆ { Armenorum MCXXIX.
{ Messianæ MDCXXX.

1680

LIPSIAE,
TYPIS JUSTINI BRANDI.

1277

Philipp. II. ii.

Πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσει, ὅτι Κύριος Ιησος Χριστός,
εἰς σὸν Θεόν Πατέρα.

Scaliger Lib. III. Epist. 245.

Studia LINGVARUM nemo bonus unquam
magni non aestimavit, nemo non
malus contempsit.



1432 - 2005

SENATUI
INCLYTÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE
REIPUBLICÆ
VRATISLAVIENSIS,
VIRIS
MAGNIFICIS, MAXIME STRE-
NUIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSI-
MIS, CONSULTISSIMIS,
DOMINIS
P R A E S I D I
ET
SENATORIBUS,
DOMINISSUIS, ATQVE MÆ-
CENATIBUS ÆTERNUM DEVE-
NERANDIS,

S.



V I R I

MAGNIFICI, MAXIME STRE-
NUI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
CONSULTISSIMI, DOMINI MEI, ATQ;
MÆCENATES ÆTERNUM DEVE-
NERANDI;

Uisse qvondam inficetum adeò bar-
dumqve Seculum, qvo Lingvarum periti HÆRE-
TICORUM PATRIARCHÆ fuerint appellati,
perspicuis nos verbis edocet Episcopus ille Gallus non in-
celebris, Claudius Espencæus * hæcce scribens: Eo tem-
pore Græcè nosse valdè suspectum fuit; ;
Ebraicè autem , propè pro HÆRETICO
fuit habitum. Magis adhuc luculento testimonio rem
illustrari sibi desideranti, vix alio tam bene me satisfacturum
confido , qvām si ipsam imprudentissimi impudentissimique
(ne

* in Comm. ad 1. Tim. III.

DEDICATIO

(ne qvid magis dicam) talismodi judicis , crassi nimirum-
 monachi , decretoriam sententiam legendam proponam , ean-
 demque Anno hujus seculi currente primo , à doctiss . Conr.
 Heresbachio * Ducis WILHELMI Juliacensis Consilia-
 rio , protero ore pronunciari auditam : **Nova jam est**
reperta lingua qvædam , qvæ vocatur Græ-
ca : ab hac sedulò cavendum omnibus : hæc
est , qvæ parit omnes HÆRESES . Eâ lingvâ
insuper proditus liber , qvi in omnium ma-
nibus vult modò haberi , vocaturque No-
vum Testamentum , qvi plenus est rubetis
atqve viperis . Præterea , nunc alia qvoqve
oritur lingua , qvæ vocatur Hebræa , hanc
qvidiscūt , PLANE ILLI EFFICIUNTUR JUDÆL.
 Risum teneant omnes solidè eruditii , qvin & irarum spicula e-
 mittant , iisq; confodianc os insolens , os impium ! qvo cum eand.
 inflat tibiam illud inverecundū Cardinalis Paceci , qviteste ipsi⁹
 Collegā , Sfortiā Pallavicino , † in ipso Conc. confessu , cœco pror-
 sus animi impetu dicere non est veritus : **Utinam nun-**
qvam hoc advenissent Litterarum Græca-
rum Hebraicarumque Professores ! nimi-
rum his nunc ærumnis non divexaretur
Ecclesia . Vos , ô MÆCENATES , ad Nostrorum tem-

* Vid. Dn. SENNERTI dissertatione de L. Ebraæ nec non reliq. Orient. antiquit. &c. p. 43.

† Lib. 6. Hist. Conc. Trid. c. 12. n. 5. p. 211. a.

DEDICATIO.

porum faciem advertere dignemini, illâ longè amœniorem! Nostrorum inquam, qvibus Divina Bonitas Nobilissimæ Germanæ induxit esse incolas, aliarum enim gentium contemplantum ire felicitatem nolumus, **Qui nostrammet poscidemus magis, qvam agnoscimus.**

Exuente nimirum sub præcedentis Seculi incunabula, horridam Religionis, Morum, Litterarumqve barbariem Patriâ Nostrâ, Sveviæ amœnum oppidum Pforza, qvod & Phorzeheimum audit, JOHANNEM CAPNIONEM, vernaculè REUCHLINUM vocatum, J. U. D. & D. MAXIMILIANI IMPER. atqve D. EBERHARDI I. Wirtemberg. Ducis Consiliarium, nec non totius Sveviæ Triumvirum, mundo dedit, qvi post HIERONYMUM STRIDONENSEM, (Christianorum omnium, qvi in Ebraicis eximii qvid noverunt olim, Principem primumqve:) Germanus ipse, itidemqve primus è Christianis omnibus, Sanctam EBRÆORUM LINGVAM, undecim propemodum seculis, qvæ sua & laudati S. Patris tempora distinxerant, tantum non penitus ignoratam, Orbi Christiano, hujusqve nobiliori Parti, Germaniæ, Patriæ sūræ Nostræqve, intulit, ejusqve primus in Christianis Academiis, vicinâ nimirum Wittebergensi, Publicus Professor extitit.

Postqvam igitur hic Aλεξανδρεῖος s. Barbariei expugnator (id enim nominis inditum ipsi fuit: *) prælectionibus scriptisqve suis publicis glaciem fregit, alii longè celeberrimi Viri, qvorum Manes silentio veneramur, hoc ingressi sunt fretum, feliciusqve in dies in eo navigarunt, accedente imprimis etiam CHALDAICÆ LINGVÆ, qvæ Ebrææ sororio jungitur, nexu, culturâ, qvamqve Præceptis Grammaticis primus omnium inclusit Germanus Esdras ac Strabo, SEBASTIANUS MÜNSTERUS, ac cum Ebræâ, in Academiâ Basileensi primus docuit. Hic inter Successores Viros nactus est, qvi aliis ante

fe

* Vid. D. D. QVENSTEDT de Patriis Illust. Vir. p. 160

DEDICATIO.

se gloriandi causam, post se tanta præstanti spem præscidisse
videtur, JOHANNEM videlicet BUXTORFIUM utrumque, Pa-
rentem atque Filium, quorum uterque tanto tamque pio zelo
utriusque illius linguae Ebraicæ Chaldaicæque (ut de Syriacâ
nihil commemorem) culturam ivit promotum, ut vel apud
seram posteritatem grata ipsorum memoria sit permanfura.
Optandumque foret, plures sui æmulos Orbi Eruditio reliquif-
fent. Qvamvis enim inficiari nemo possit, hodienum inter no-
strates etiam Semonas reperiri, meo quantulocunque encomio
longe majores, & Qvorum veneranda, Alboque æternitatis
jam dudum inscripta nomina, Qvorum præclarissima in Ec-
clesiam Dei merita, magnifico orationis splendore hic condecorare
parco, id potissimum agere in animo habens, ut Qui pri-
mum in singulas Lingvarum Orientalium è Germanis heroi-
cum fecerunt impetum, recensem; attamen, uti Ebræorum
ex ipsâ Scripturâ * desumtum sonat Proverbium: Vix Unus
è totâ urbe, vix duo è tribu totâ existunt, qvi pari conami-
ne hæc Sacra studia excolere queant, dum plerosque Muñera,
qvæ gerunt, Ecclesiastica vel Politica, inde abstrahant, cùm
tamen, si reliqvarum artium atque scientiaruin ulla, hæc sanè
hominem sibi totum poscat.

His ergo lætis auspiciis & progressibus ita crevit in
Germaniâ Lingvarum Ebraicæ atque Chaldaicæ studium, ut
ad qvod fastigium illud hodie surrexerit, Eruditæ Orbis Lumi-
na non ignorent. Sed enim fas est, ut reliqvarum etiam Lin-
gvarum Orientalium in Charissimâ Nostrâ Patriâ, initia rime-
mur. Atq; hic statim fese nobis objicit LINGVA SYRIACA,
qvam eodem tempore, quo Capnio & Münsterus vixerunt,
in Germaniâ primus omnium notam fecit JOHANNES ALBER-
TUS WIDMANSTADIUS, JCtus celeberrimus, & IMPERATORIS
D. FER DINANDI olim Cancellarius, qvi Anno
MDLVI

* Jerem. III. 140.

DEDICATIO.

MDLVI. Viennæ Nov. Test. Syriacum, charactere Estrangelo impressum, primi speciminis loco edidit...

Eopse adhuc seculo Germania, Orientalis fieri non tam perrexit, qvam properavit. Anno enim MD. LXXXIII. mensē Julio, LITTERÆ etiam ARABICÆ in eâ nasci cœperunt, cum RUTGHERUS SPEY, Bopardianus, Ecclesiæ Schonaviensis Pastor, Epistolam Pauli ad Galatas, & Sex primaria Capita Christianæ Religionis Arabicè translata, typis hisce, à se procuratis, Heidelbergæ publicavit, iisqve Grammaticæ Arabicæ Compendium subjunxit. Verū ipsa etiam Resp. Vestra, PATRONI MAXIMI, Magnum Lingvæ Arabicæ in Germaniâ Restauratorem, tempore non longo post tulit, Vīrum scilicet Nobiliss. atq; Experientiss. PETRUM KIRSTENIUM, Philos. & Medic. D. celeberrimum, & Practicum qvondam longè felicissimum, Cujus jam inter cœlites versantis memoria nondum adhuc apud VOS Civesq; VESTROS exolevit. Is enim Charactere Arabicō, Heidelbergensem non parvo post se intervallo relinquentem, Suis, iisqve non levibus, ipsomet fatente, sumtibus, fabrefieri jussō, Anno Currentis Seculi Octavo, Nono & Undecimo, varios Tractatus Arabicos, in ipsâ officinâ Baumannianâ Vratislavienſi impressos, publico Orbis theatro exposuit, qvi in hunc usqve diem Arabizantium manibus teruntur, & qvorum priuum, Grammaticam scil. Arabicam, ejusqve primam partem, A MPLISSIMO VESTRO ORDINI, Secundam verò atqve Tertiam Inclito NORIMB. & ARGENTORATENSI SENATUI inscripsit, reliquos, ut Quatuor Evangelistarum Vitas, D. RUDOLPHO II. IMPERATORI Sacras esse voluit, Notas in Matthæum Arabicum, D. JOHANNI SIGISMUNDO, Electori Brandenburgico, Hujusqve Consiliario Splendidissimo, Christiano Distelmayer Observationes in Epistolam Judæ obtulit:

Anno-

DEDICATIO.

Annotata it. in Lib. II. de Canone Canonis Aben Sinæ D. FREDERICO IV. Electori Palatino, & tandem etiam Decadem Sacram Canticorum & Carminum Arabicorum, Nobiliss. Amplissimoq; Dn. Servatio à Reichen, Patritio tunc Vratislaviensi, dedicavit.

Neque tamen adhuc desit Europa, vel ut rectius dicam, Germania, Asiae misceri. Nec enim illi defuerunt, qui PERSICÆ etiam LINGVÆ culturam aggredierentur. Horum autem Antesignanus procul dubio fuissest Vir laudatissimæ memoriae (qui Buxtorfio audit *) & in Lingvis Anatolicis excellensissimus (quâ laude Crinesius ipsum maestat,) B. WILHELMUS SCHICKARDUS, Tübingerium in Anatolico λατερανασκαλια Professor Publicus, Cujus institutum, cum reliquis Orientalibus Lingvis Persicam quoque docere in Germaniâ, satis aperte quidem manifestat Tractatus, si materiam spectes, Persicus, si verba, Arabicus, & abs se ex hac Lingvâ in Latinam translatus, ac editus, sub rubricâ: TARICH REGUM PERSIÆ; mors autem Optimi Viri præmatura propositi executionem intercepit, Cujus tamen hic, ob alia in Remp. Philologorum ac Theologorum insignia merita, vel nomen commemorare gratitudo jussit. Vulnus tamen hoc laudatae Lingvæ sic inflictum, tempore non longo admodum interjecto rursus curari incepit ab Illustriss. Celsissimiq; Principis Brunswicensis ac Lüneburgensis D. CHRISTIANI LUDOVICI Bibliothecario & Mathematico Aulico, Nobiliss. ADAMO OLEARIO, qui non solum Persico suo Hodœporico plurima inseruit, quæ ad Gentis, & ex parte, Lingvæ istius, Cognitionem faciunt, sed etiam Rosarii Persici Schich Saadi, Scriptoris ab ipsis Persis nunquam satis celebrati, in lingvam Germanicam translatione, notisque elegantissimis illustratione, insigniter hujus studii Cultores adjuvit.

Porro neque TURCICAM ignorare LINGVAM Germania perrexit. Sub enim Seculi hujus, non infœcundæ Philolo-

DEDICATIO.

Iologorum Matris, exordia, Anno sc. MDCXII. Sereniss. ac Potentissimi Saxoniæ Electoris D. JOHANNIS GEORGII. I. Historicus HIERONYMUS MEGISERUS, Primas Lingvæ Turcicæ Institutiones edidit, earumq; primam partem, qvæ de Orthographiâ Turc-Arabicâ agit. Vratislaviæ litteris Arabicis, qvas Turcæ usurpant, Kirstenii, (teste, præter inspectionem ocularem, hujus ipsius Viri præfatiunculâ libro præmissâ;) residuas tres vero, qvæ Etymologiam Turcarum, duas Proverbiorum Turcicorum Centurias, & Dictionarium Latino-Turicum, Turcicoque-Latinum comprehendunt, vocabulis Turcicis charactere tantum Latino exaratis, Lipsiæ imprimi curavit, easq; Hungariæ Bohemiæq; Regi D. MATTHIÆ II. memorati superius D. IMPERATORIS RUDOLPHI II. FRATRI GERMANO, consecravit. Qvam verò doctus hic Vir Germaniæ gloriam Scripto suo peperit, eam virtute non minore, imo heroico prorsus animo, hoc ipso tueri anno incepisse audio Virum πολύλατον & Gente & Mente Nobilissimum atq; Excellentiss. Dn. FRANCISCUM à MESGNIEN MENINSKI, SS. Sep. Eqvitem Hierosolymitanum, S. Cæs. Maj. Consil. & Lingg. Orient. Interpr. Primarium, in edito Viennæ Lingvar. Orient. Thesauro, Turcico-Persico-Arabicum Lexicon & Grammaticam primariò comprehendente, quo ipso præclaro Opere, à me nondum adhuc visto, Doctiss. Dn. Autorem, longè minus faltem, nisi omnino nullu n, (qvod, qvia parasitari mea nondum didicit verecundia, tam audacter non asseruerim;) Posteriori in istâ literaturâ, Turcicâ minimū spicilegium reliquisse nullus ambigo, qvam Ip i post Megiseri aliorumq; labores homogeneos supertuit.

Lingvarum cohorti, qvarum Germaniam hoc seculo nobiliorem finxit notitia, etiam SAMARITANA se se aggregavit, ad cuius culturam primus Germanorum admovit manum Celeberrimus JOHANNES HEINRICUS
Hot-

DEDICATIO.

HOTTINGERUS in Lexico Harmonico Heptaglotto, cui voces, quas Samaritani & communes cum Chaldaeis, & proprias habent, inseruit.

Sed neque intra spatiuosos Asiæ limites sese Germania continere potuit, quin inde in Africam ætate Nostrâ saltum faceret, ex eaque ÆTHIOPICAM asportaret LINGVAM. Ope ac Industriâ non satis deprædicandâ Viri Nobilissimi Consultissimique DN. JOBI LUDOLFI, D. ERNESTI, SAXONIAE Ducis qvondam Consiliarii intimi, qui post editum Londini Anno Salutis Reparatæ M. DC. LXI. Æthiopicum Lexicon & Grammaticam, utrumque consummatissimum Scriptum, nunc Orbi litterato HISTORIAM ÆTHIOPICAM sistere laborat, Opus uti vix ab ullo Germanorum, quod sciam, tentatum, ne dum ad eam excellentiam & perfectionem perductum, ita quod Autoris suii nomen, nullibi non locorum jam celebratum, ab interitu magis magisque vindicabit, plurimorumque Clarissimorum in Orbe Virorum desiderio faciet satis, qui in casibus circa Res Æthiopicas dubiis, eò tanquam ad Oraculum sunt confugituri; Cujus interim Francofurti sub prælo jam fudantis, editioni felicissimæ, cum promovere illam aliter non valeam, fausta quæque appreco.

Una adhuc Orientalium Lingvarum superat, cuius nec Patria nostra dememinit. SINICA eadem vocatur, quam Vir Plur. Rever. atque Excell. DN. ANDREAS MÜLLERUS, Præpositus Berolinensis, Patronus Fautorque meus colendus, ingenioso suo Characteres Sinicos resolvendi invento, è profundis, quibus oboluta fuit, tenebris, primus quidem omnium, eruit, nihilominus dolet Philologorum chorus, nullos adhuc isti Litteraturæ obtingere Patronos, qui dignis præmiis diu elucubrata à Solertissimo Viro in lucem protrahant.

His proinde exordiis in Germaniâ natae sunt Orientales Lingvæ, ubi nunc florent vigentque, fructusque ferunt longè dulcissimos, nec sibi tantum, verum & exteris Nationibus,

DEDICATI O.

illos avidius arripientibus , proficuos , qvæ (intrepide affero !) plus Germaniæ debebunt ob Lingvarum Orientalium cultum , qvām Hæc illis . Qvantacunqve verò in Nostrâ Patriâ memoratæ sèpiùs Lingvæ Anatolicæ incrementa ceperint , majora longè adhuc data ipsis fuissent , si major illis accessisset Principum favor , à qvo vita nexqve studiorum omnium dependet . Nihil verò desperamus , id de cœtero futurum , cùm **IPSE SUMMUS IN GERMANIA MONARCHA , IMPERATOR AUGUSTUS ATQVE INVICTISSIMUS LEOPOLDUS , DOMINUS NOSTER INDULGENTISSIMUS LONGEQUE CLEMENTISSIMUS , (CUJUS S. CÆS. MAJESTATI non majus persolvere votum qveo , qvām ut :** יְהוָה אֶת־כְּפָא מִלְכֹתוֹ וְאֶת־בְּרֹתָה יְהוָה מֶשֶׁל בְּשָׂרָאֵל

J EHOVA Thronum Ejus Regium firmiter stabiliat , neqve exscindatur Ipsi VIR dominaturus in Israële !*) CÆSAREÆ SUÆ GRATIÆ Favonio Clementissimè adspirare dignetur . Np. postqvam S. CÆSAREA REGIAQE MAJESTAS SUA Gloriosissimorum MAJORUM superiùs laudata Venerabilia Exempla imitari egregium duxit , Lingvar. etiam Orientalium Interpretes Sereniss. Aulæ SUÆ Decus esse voluit ac insigne Ornamentum . Qvorum Primarium , Summumq; Antitistem paulò antè nominavi Ampliss. Dn. M E N I N S K I . Horum a. non utilissimis tantum , sed & Germaniâ Nostrâ dignissimis , Ejusq; Gloriam in altius usq; enecturis , conatibus , prout Divinam Benedictionem , cum eāq; prosperrimos qvosq; successūs affatim precor ; ita Specimine profectuum triennalium in hac Litteraturâ Politissimorum qvorundam Juvenum , his Orientalibus vacantium Musis , eoq; à Nobil. & Præclariss. Dn. J oh. BAPTISTA PODESTA , AA. LL. & Phil. Mag. U. J. Cand. Ara-

* 2. Chron. VII. 18. (x. al. cap. VIII. v. 8.)

DEDICATIO

Arabicæ, Persicæ, Turcicæqve Lingvæ Prof. P. Sac. Cæf. Reg. Maj. in Ling. Orient. à Secretis, Ao. M.DC.LXXVII. publicato, atqve ab ILLUSTRI MANU mihi benevolentissimè communicato, qvod laudabili Ipsos in hæc studia Zelo ardere exinde cognoscerem, non potui non vehementer delectari. Sic ergo major in dies Germaniæ surgit gloria, qvò feliciora ibi capiunt Orientales Lingvæ magmenta! Sic majus in dies Anatolicæ Litteraturæ incrementum accedit, qvo magis eorum fervet ardor, qvi eam colunt! Sic indies majorem, Philologorum animi concipiunt flammam, qvo efficacioribus, QVI SOL EST GERMANIÆ, Clementiæ SUÆ Radiis, horum studia incendit!

At enim verò exul atqve extorris in hunc usqve diem è Germaniâ fuit ARMENORUM LINGVA, fato reliqvis sinistriore, jure nullo. Fuit qvidem unus alterve, qvi versu Armenico à se conscripto, aut unâ vel duabus Armenicis vocibus, disputationibus suis Philologicis insertis, huc eam accersere conatus est; verum qvam bona horum fuit intentio, tam multum abfuit, ut rei præstandæ magnitudinem adæqvaret. Præterqvam enim qvod externa characteris Armenici facies ligno insculpta, talis extiterit, ut elegantiorem longè ipsa Lingva meruisse, cuivis, etiam illius ignaro, videri potuerit; res ipsa sic comparata fuit, tanqvam canis è Nilo lambisset. Accessit huc subsidiorum necessariorum defectus, qvo haec tenus Philologorum non solum in Germaniâ, verùm & alibi, omnes laborasse, non obscure innuit, qvod nemo eorum fuerit, qvi ad bene merendum de laudatâ lingvâ appulerit animum. Posteaqvm igitur mihi Fortuna tam esse beatum indulxit, ut thesaurum possiderem, Cujus, qvia ignoti haec tenus, nulla adhuc animos cupido incessit, invidentiæ macula mihimet inustrum me credidi, nisi partem ejus orbi Litterato communicarem. BIBLIORUM scilicet ARMENICORUM

DEDICATIO.

nitidissimum exemplar, à VESTRI AMPLISSIMI ORDINIS,
VIRI MAGNIFICI, GENEROSO MEMBRO, in Ger-
maniam, inter prima saltem, nisi omnium primum, delatum,
mihiq; liberalissimè atq; ve beneficentissimè donatum, denta-
tis mē stimulavit calcaribus, ut ego rudis adhuc pictor illam
Venerem (Lingvam innuo, cui Apellem opto magis artificio-
sum!) depingere inchoaverim, atq; ve ut chalybe extērna.
Ejus facies, qvā fieri posset elegantia, effigiaretur, cupreisq;
matricibus, qvas vocant, concinnae imprimetur, in iisq; ve
ex omni prius parte affabre dolatis atq; ve elimatis, instrumen-
toq; (sic κατ' εξοχήν tubulus vocatur, per qvem metalla fluunt:) appensis, ex infuso ære liqyefacto litteræ efformarentur, qvi-
bus, ad æqualitatem prius omnimodam redactis, in officinis
typographi uti possent; curas, ut alia taceam, non leves,
impenderim. Cuj⁹ Typi Armenianici, ejusdemq; ve in Germaniā primi,
ut qvoddam extaret Specimen, de eoq; ve sub aspectum simul-
taneum casuero Eruditus Orbis judicium ferre posset, qvod pro-
meriturus est, (qvalecunq; etiam illud sit,) OBADIAM e Bibliis
Armenicis imprimi curavi, atq; ve ne hic prodiret nonnihil ob-
scurior, Lectione atq; Versione Latinā, ipsum illustravi, qvib⁹
subjunctæ annotationes majorem adhuc lucem affundunt, de-
qvib⁹, qvæ dicenda mihi restant, ne Dedicationis transgrediar
fimbrias, ad Præloqvii materiam reservo. Has vero ipsa strūm
studiī mei Philologici, tū Literaturæ Characterumq; Armenianorum
in Germaniā Primitias VOBIS, PATRONI OPTIMI MAXIMI
humilimā animi submissione consecro. Lege cautum qvondam
fuisse, ut Divino Numinī Ecclesia Judaica suas Primitias
offerret, nemo nescit. Piæ hujus Antiquitatis religiosa preme-
re vestigia, cùm minimè indecorum judicem, in VESTRUM,
QVI DEI locum in Patriā teneris, ipsoq; DEORUM axiomate
ab ipsā donati estis Scripturā, has veras in Germaniā Primitias,
Gremium, deponere vołui, pari cum Judæis antiquis pietate,
dispa-

DEDICATIO.

dispari pompa. Non enim Boyem habeo, cornibus deauratis
superbientem, coronaque caput oleaginâ cinctum, quem mu-
neri præmitterem; Sola est Observantia mea, quâ VOBIS,
MÆCENATES, devinctus sum, & cui anteambulonis detuli
obsequiosum officium. Nec est mihi, qui coram offerente me
ebuccinet, id enim fastûs haberet speciem, nisi & dementiæ.
Et ornatus mihi deest, quo speciosiorem reddam oblationem:
Quid? quod Venerem, quam paulò ante nominavi, nudam
potius quam larvatam obvelatamque siftere voluerim, pluri-
um sic oculos mentesque in se alleeturam. Sed nemo insuper
in occursum Primitiis meis venit, nec quisquam ipsis afflurgit,
offerentemque salutat verbis: *O frater noster, gratus advenis!* (Hisce
enim ceremoniis Primitias olim Hierosolymis illatas esse, Tal-
mudistæ in Tractatu Biccurim cap. 3. testantur:) Nam hoc
honore mea se indignam judicat tenuitas. At verò acceperit
licet priscis primos suorum fructuum oblaturis in externo
splendore multum, nec me destituit, quod rationum mearum
adaugeat pondus, cur nimirum MAGNIFICO COLLEGIO
VESTRO, VIRI AMPLISSIMI, primum hunc meorum labo-
rum, quos publicos pati oculos, idemque in materiâ substratâ
primus, volo, inscribam. Heliotropii naturam induisse Lin-
gvas Orientales, è dictis ante dispalescit; cum illo enim verti-
ce in eo dirigunt, unde vitam sibi salutemque promittunt. Nihil
ab hoc discrepat, quod ARMENICA LINGVA tentare jam audet.
Ad VOS hæc respicit, foveri à VOBIS optat, à QVIBUS
REPUBLICÆ VRATISLAVIENSIS, non aliter atque à Sole
rerum omnium viventium, incolumitas pendet. Date proin,
ut memoratum florēm æmulari illa exacte possit, & quoquo
VOS VESTRA, eò & ipsa lumina sua flectat, nec alium sibi
SOLEM anxie quærere opus habeat. Cum autem per VOS
URBEM florere VESTRAM affirmo, in noui simul argumenti
memoriam reducor, cur VOBIS debuerit, quod videtis.
VESTRA etenim pro Templis, Gymnasiis, Scholisq; Patriis
Sum-

DEDIGATIO.

Summa Providentia ac indefessa cura, hoc, qvantillum etiam sit, à me poposcit Honoris monumentū, imo cùm in illis etiam à teneris fuerim educatus, VESTRAQVE sub Inspectione, solertiſſimā profecerim, etiam qvalis qvalis gratitudinis indicium. Atqve hoc, non illo ſolū, ſed alio insuper, adeoqve dupliči nomine MAGNIFICUS AMPLISSLIMUSQUE BENEFACTOR, modò laudatus, à me flagitare videtur, CUI propterea ob tam nobile rarumq; donum, haſce publicas easq; humilimas grates persolvo. Dūm ergo tam fonticæ cauſæ VOS, ô MÆCENATES MEI, adoriri me jubent, in nullo amplius dubio meus eſt animus, fore, ut, apud QVOS insuper Orientalia ſtudia in æſtimatione ſummā ponuntur, Serenā Fronte accipient, qvod ſubmiſſe offero, Orientalis Litteraturæ Specimen. Et iſipſum hoc exſpem me non finit eſſe, fore ut Benevolus ſibi aditus pateat, qvōd vel ipsā novitate ſuā, & argumenti insolentiā, utut timidiuſculē ſe tueri, atqve commendare audeat. Suscipite igitur VIRI MAGNIFICI, AMPLISSLIMIQUE, MÆCENATES SUSPICIENDI, VOS, in Germaniā PRIMOS, flexo poplite publicè venerantē ARMENUM, & à VESTRO Conſpectu, ſuffuſo vultui pudore recedere, ne permittite, atq; ſic etiam GERMANIÆ Noſtræ gloriam, prout aliās non ſine laude maximā faciſtis, itote promotum. Tandem Voto meo, qvod maximum eſt, cum SPLENDIDISSIMIS VESTRIS FAMILIIS, Vivite feliciūs, PATROCINIOQ; VESTRO, licet Urbe, exlusum nunq̄am habeatis

VESTRARUM NOBILISS. MAXIME
STREN. AMPLISSL. ATQ; CONSULTISSL.
MAGNIFICENT.

DOMINORUM SUORUM, AC MÆCENATUM
AETERNUM DEVENERANDORUM

PRÆLOQVIUM

AD LECTOREM ANATOLIKOGAOTTIFIAON.

QVadriennium circiter abiit, cum hic Lipsiae in museo
me inviseret Vir natione Armenus, statura mediocris, facie
subflava & rubicunda, Capilliti nigri ac nonnihil crispati, ve-
getioris etatis, JACOBUS de GREGORIIS, Presbyter,
quem varias alioque sub Sole repostas perlustrandi terrarum
partes, Patria discedere amor jussérat, venia prius à Superioribus sibi concessa.
Colloqvi material inter alia mihi tunc prebebat Qvæstio ad Ipsum directa,
Haberentne Armeni S. Codicem typis expressum? Responsio-
nem, qvam ille dandi paratus erat, ulteriori qvæstionis diductione atque ex-
plicatione præoccupabam: Non ignorare qvidem me, esse penes ipsos, eosque
Christianos, S. Biblia, & hæc in suam lingvam translata, ipsumque Athanas.
Kircherum Prodr. Copt. c. 5. p. 129. meminisse exemplaris (procul dubio tan-
tum MSti:) qvod in Vaticanâ Bibliothecâ asservaretur, ejusq; apud nonnullos
autores, qui, cum ad manum mihi essent, evolvebantur, fieri mentionem:
Nec non Celeberrimum Brian. Waltonum in Dissert. de Lingg. Orient. p. 158.
affere, in Bibliothecis privatis qvorundam Virorum doctorum in Anglia
eandem Versionem totam haberi, qvos etiam sua exemplaria, Operi Polyglotto
inserenda, communicaturos speravit, id qvod tamen factum non est: ut partium
Scripturæ, seorsim extantium, nullam mentionem ficerem, v.g. Psalterii,
Romæ in formâ octavâ editi, ejusque trium exemplarium antiquorum, in
Bibliothecâ Oxoniensi asservatorum, &, cum à se discrepent, à Viro docto
collatorum, cuius tamen notæ inter bellicos tumultus perierint, teste eodem
Waltono l. c. ubi etiam semet ipsum qvatuor Evangelia ex Oriente allata pos-
siderem affirmat: Conf. & Hotting. Smegm. Orient. lib. 3. P. 1. Num verò
præter hosce codices haberent Scripturæ S. editionem aliam, hoc ipsum esse, de
qvo informari rectius desiderarem. Tum ille ante non adeò multos annos
Ecclesia sue sumtibus S. Biblia Amstelodami impressa asserebat, exemplaria
autem, nisi prorsus falleretur, universa & singula in Patriam abducta, Europæis
qvippe, lingvæ ignaris, vel nulli, vel non adeò magno futura usui, si qvæ-
dam relicta fuissent; de illis autem, si desiderarem unum, ex Armeniâ accer-
fendum fore, qvod, flagitatio nulli procuratum se, qvamprimum suos
resalutaverit, candido satz anno 1432-2005
commen-

PRÆLOQVIUM.

commendari solet:) pollicebatur. Ego hanc boni Viri gratificandi promptitudinem exosculatus, gratiarum actione remunerabar; verum qvod exemplaris procurationem attinebat, idem ipsi responsum dabam, qvod ab aliis, loco mei tunc constitutis, &, ne certa amittant, incerta petere, mecum cavitibus, ille abstulisset. Octo propemodum menses id tempus distinxerant, cum sonica causa patriam me repetere imperaret. Hic Parenti meo rem actam enarr. Is ut Paternam *copyn* novo (ut semper solet, quantum potis,) eoqve rarissimo argumento iret comprobatum, meqve tum temporis è gravissimo catarho nonnihil reficeret laborantem, se procurasse ajebat, ut BIBLIORUM ARMENICORUM Vratislaviam deferendorum ego fierem possessor, illorumqve adventum de die in diem se præstolari. Verum tantum aberat, ut citò hoc libro potirer, ut potius de eo adipiscendo, cum frequentioribus litteris desideratus fuerit, spes omnis collaberetur, donec tandem ante annum demum, & qvod supra est, spatium, ille, idemqve elegantissimè compactus, Vratislavia feliciter appulerit. Delatum eò hunc totius Armenia nobilissimum Thesaurum, eundemqve non parvo redemptum pretio, Vir Magnificus, Nobilissimus atqve Maximè Strenuus, Dn. GEORGIUS MILDNERUS à MILDENBERG, Senator Vratisl. Gravissimus, Cameræq; Curialis Præfectus meritissimus, Epicharmus meus devenerandus, Idem Ille scilicet, Cujus Parens meis ad Operis acquisitionem, imploraverat operam, dono mihi patria iterum absenti, qvam liberalissimè obtulit, Cujus proinde Magnifica Munificentia non ego solus me perpetim obstrictum sentio, sed & GERMANIA debitam gratiam referet, siqvm è Litteraturâ Armenicâ, eâqve vel à tenuitate meâ, vel ab aliis excendâ, fructum senserit. Ne autem has novas Orientis Opes Germanie nostræ illatas, solus ego possideam, vel saltē aliis eas invidere videar, levi easdem penicillo hic adumbrare visum est.

Posteaq; in Concilio, Autoritate CONSTANTINI M. Imper. Nicæ, Anno Recuperatæ Salutis CCCXXV. coacto, ab octodecim supra trecentos, Pátribus Orthodoxis decretum fuit, ut qvilibet in suâ Vernaculâ Scripturas legeret, vid. Cornel. *Agrippa* de Vanit. Scient. c. 100. *Banonis* Idea hist. p. 109. f. s. *Kircher*. China monum. Illustr. p. 86. b. m.) Consilium iniere gentium, qvæ Christo nomen vel jam dederant, vel daturæ erant, Doctores, ut concreditis sibi ovieulis Fontes Israëlis aperirent, remotoq; de ipsorum ore lapide, sitibundas illarum animas vivâ verbâ Dei aquâ potiabant, idqve non modò Scripturas in Concionibns explicando, verum, ut legere

PRÆ LOQVIUM.

legere etiam illas possent, è textu Avthentico vel LXX. Virali Versione in suam Vernaculam transfundendo. Qvæ fortuna ARMENORVM Nationi (de qvâ plura scire desiderantem, ad Hottinger. Fasic. Diff. p. 178. seqq. & Ἀρχαιολογία. Orient. P. 2. seu Topograph. Ecclesiast. Orient. cap. 3. §. 6. p. 61. seqq. Waltonum in Dissert. de Lingg. Orient. p. 153. seqq. Kircherum in Turri-Babel p. 204. Schweigger. Itin. lib. 2. c. 65. D. Reinboth in præfat. in Dn. Olearii Pers. Nescienti. Schich Saadi, duern. D. II. a. & doctissimam Dissertationem *De Statu Armenia Ecclesiastico & Politico*, à B.D.D. Joh. Ern. Gerhardo, Ao. M.DC.LXV. Jenæ habitâ, Resp. Dn. M Mart. Kempio, Regiom. Prusso; remissum volo:) primæ omnium è Christianis (post Græcos nimirum, qvì LXX. & N. T. jam habuerunt, & qvidem in vernacula:) cœlitus data fertur. Memint, inquit Celeberrimus Hottingerus Biblioth. Or. pag. 331. ejus mihi lingua (Armenicæ putâ) usum à Clariss. Dn. Gotto vel huc de causâ potissimum fuisse commendatum, quod vix alia Ecclesia, si à Grecâ abeamus, ANTIQVIORA de Religione, VERSIONVM cumprimis habeat subsidia. Et Topogr. Eccl. Or. I. c. Idem ille sic scribit: *Inter Christianos NON POSTREMOS* (Armenos) fuisse, vel inde patet, quod Translationi Scripturæ S. in Lingvam Armeniam PRIMÆ deferantur, post Versionem LXX. Viralem.

Quis v. maximam hanc gratiam isti Gentili fecerit, ut ipsorum S. Scripturæ fuerit Metaphrastes, indubitate asserere non ausim. Angelus Rötcha de S. Camerino in Biblioth. Vatic. p. 155. Translationis istius, & ipsorum etiam characterum, qvi hodie apud Armenos in ususunt, Autorem facit JOHANNEM CHRYSOSTOMUM, qvi Anno O. R. CDIII. de Episcope Constantinopolitanâ, odio præprimis Eudoxiæ Augustæ, Arrianismi Patronæ, dejectus, (vid. Sozomen. Hist. lib. 8. c. 22.) paulò post revccatus, mox iterum deportatus, atque Cucusum (vel Cucusam) Armenia oppidum migrare coactus, (vid. B. Gerhard. Abac. Patrol. continuat. Excell. Dn. Olearii p. 244. Kircher. Chin. Ill. p. 86. b. m.) hic, non solum aureo sermonis flumine, ac benignissimâ liberalitate, cùm splendidis abundaret opibus, plurimos ad se traxerit (de quo testatur Sozomen. I. c. c. 27. 28. & Cent. Magd. V. p. 7. cit. Dn. Gerhardo I. c. cap. 3. §. 3.) Sed etiam Scripturam totam Veste Armenicâ induerit, atque sicutum præsentia suâ, tûm memorabili hoc labore illum locum nobilitaverit. Eidem S. Patri Opus hoc adscribit Sixtus Senensis in Biblioth. Sanct. lib. 6. annot. 152. p. 491. ita tamen, ut Psalmofum tantum & Novi T. Versionem Illi tribuat. Conf. Anglo-Remensis in Præf. ad N. T. B. D. Gerhard. L. De Ecclesiâ §. 206. p. 394. a. Br. Waltonus in Diss. de Lingg. Or. §. 85. p. 156. seq. & in Apparatu Bibl. Polyglott. Proleg. 5. §. 6. p. 269. edit. Tigur. Hotting. Fasic. Diff.

PRÆLOQVIUM.

Diss. Theol. Philol. p. 178. seqq. & 185. it: Biblioth. Or. p. 331. *Dn. D. Pfeiffer* in Introd. in Or. p. 37. & in Critic. Sacr. p. 396. *B. Gerhard.* Dissert. cit. c. 5. §. 1. quatern. H. 4. a. It. *Hardingus* art. 3. Sect. 38. *Bellarum.* lib. 2. de V. D. c. 16. col. 129. *Gretser.* tom. 1. Defens. *Bellarum.* p. 815. 817. *B. Thumminius* disquis. de Verbo Dei p. 333. *Kortholt* de variis Scripture editionibus cap. 19. p. 266. *Ursinus* vom Unterscheid der Religionen/ p. 63. *Wilhelmus Whitakerus* contra Ponif. qv. n. controv. 1. Atque robur sententiae huic inde etiam accedit, qvod *Theodoretus* (Cujus, circa Annum Christi CDXXIII. Episcopatui præfecti, teste *Labb.* p. 389. apud *Gerhard.* in Abac. p. 444. juventutem, senium Chrysostomi, qvi Anno CDVII. d. 14. Septembr. ætatis LIII. vid. eund. *Gerhard.* Lc. p. 244. suum obiit diem, attigisse necessum est, cum Episcopalis dignitas non pueris aut juvenibus, sed viris collata sit:) lib. 5. de Curand. Græc. affect. Suo tempore S. Scripturas in Armenam Lingvam versas fuisse afferat, nomine tamen Metaphrastes non expresso. Vid. nonnulli ex Autt. cit. Nisi proinde, sublesta horum fides est, (qvo de cuilibet liberum judicium relinqvo:) requiritur, ultimum intra vitæ quadriennium, ab anno scil. CDIII. qvo Constantiopolis pulsus, usque ad CDVII. qvo mortuus est Chrysostomus, Versionem Armenianam S. Codicis confectam fuisse, atque hoc nostro tempore Ipsam æatem annorum MCCLXXVI. vel MCCLXXVII. circiter referre.

Petrus Daniel Huetius (Cujus editio prima Parisina hoc ipso anno Stadæ recusa est:) lib. 2. de Interpretat. p. 195. alium adhuc Vers. Biblior. Armenicæ Autorem nominat, unde v. ipsum habeat, non dicit. Verba ejus st: *In aliquibz etiam Orientis tractibz Armeniacè conversi Scripture libri usurpantur, qui Autoremne Chrysostomum vel GEORGIUM, primum Armenorum Patriarcham habeant, an secus, dūjōmēq; dijudicabunt.* Qvam dijudicandi facultatem mihi qvidem jam tribuere nequeo, vereor autem ne spalma (graphicum-ne antygraphicum? ignoro:) hic irrepererit, atque *GREGORIUS* vice *GEORGII* nominandus fuerit, qvem Armenorum fuisse Archiepiscopum, ac in urbe Armenia Etschmianin martyrii sibimet peperisse decus, postquam in puto, qvorum projectus fuerat, 14. annorum spatio miraculose vixisse, *Kircherus* in Chin. Ill. p. 86. b. m. affirmat. Ejusdem *GREGORII* Ope Rex Majoris Armenia Tiridates, cœlesti adraſtiā ob impietatem ad insaniam adatus, & qvi S. virum durissimè antea vexaverat, restitutus dicitur, ut deinceps ad Christianorum castra transferit, subjectisqve imperaverit, ut Christianismi confortes redderentur: qvin & cum hoc ipso *GREGORIUS* ad Constantinum Imperatorem pergens, prolixos de religionis propagatione sermones miscuevit, tamqve fervens pietatis assertor evaserit, ut jeuniis & assidua oratione nullū

PRÆLOQUIUM.

nulli Monachorum cederet. Vid. Gerb. l. c. cap. 3. §. 3. sub cuius finem, etiam hoc, de Gregorio, è Theodor. Balsam. Opere Canon. Conciliorum p. 1097. & Baron. Epistol. S. Nicon. ad ann. 3n. §. 24. observatum scribit: *Laudatus Leontius Armeniorum Pontificem GREGORIUM, Litterarum Sacrarum eruditione, & in Ecclesia totâ tempore quoque priorum Pontificum omni virtutum genere maxime conspicuum, ordinavit.* Tandem etiam quod apud Huetium Gregorii nomen cum Georgii permutatum sit, id etiam confirmare videtur, quod Georgius Teclander in Itinerario suo Persico, anno seculi hujus decimo edito, p. 12. s. scribit: *Als ich dorten (in Eriwan, qvā locus Patriarchæ Armenorum sedes est, ad radicem Montis Ararat situs, & monasterio Armenorum celebris, vid. Kircher. l. c. Cæterum si utraqve, tūm Kircheri tūm Teclandri subsistere sententia debet, necessum est, S. Gregorii cadayer ex Etschmianin in Eriwan deportatum, ibidemqve terræ mandatum esse.) ankommen / haben mich die Armenier hertlichen / als einen Königischen angenommen/und mich von allererst in die Kirchen geführet/ mit eine gebackene Menschen Hand und in Gold eingefasset / gewiesen / und mir durch meinen Dolmetscher / das es S. Gregorii Nazianzeni , so daselbst begraben läge/ rechte Hand wäre/vermelden lassen. Cum proinde non infreqvens Gregorii, nulla vicissim Georgii, in Armenorum historiâ fiat mentio, meliori jure Gregorius, quam Georgius, de gloriâ translationis Scripturæ in lingvam Armenianam cum Chrysostomo certare poterit.*

Sed enim, ne nos amplius in Autorem, Versionis Sacri Codicis Armenicae investigandi studium fatiget, quisquis etiam ille fuerit, certum est ipsum in Veteris Instrumenti interpretatione, Prototypon, quod tunc, præter Targumim, extabat unicum, LXX. Viralem Versionem elegisse, illamqve accurate plerumqve expressisse, ita tamen, ut suæ ipsius libertatis non profus fuerit immemor. Utriusqve testimonium Obadias noster perhibebit, & Annotationes eidem annexæ, in quibus maximè posterius assertum p. 9. m. 10. f. 19. i. 23. f. 24. f. 28. m. 30. m. 50. m. confirmari videas. Qvanquam & hoc neutiquam indictum relinqendum judicem, quod Versionem Armenicam, cum tantæ sit antiquitatis, in locis plurimis veram Versionis LXX. lectionem restituturam judicem, adeoque à nostrâ qvidem, quam hodie habemus, à genuinâ tamen minimè discrepare. Qvin imo asserere non dubito, ex illarum Versionum Orientalium, quæ ex LXX. Virali natæ sunt, & quæ omnes etatem habent decrepitam, collatione, veram Matris faciem aspici posse, vel saltem, quæ veræ sit proxima. Id quod Philologis dijudicandum reliquo.

Tantum v. abest, ut vel veri Script. S. Armenicæ Translatoris ignoratio,

PRÆLOQVIVM

vel Testamenti V. è Versione LXX. viral productio, ipsius Codicis Autoritatem elevet, ut illius potius maxima apud Armenos sit veneratio. Id qvod in Epistolâ Constantinopoli ab Europæo Theologo (qvem nominat Ursinus l. c.) Anno M. D. LXXVI. mense Augusti scripta, & exhibitâ ab Hottingero Topogr. Eccl. p. 65. clare demonstratur his verbis: *Codici Sacro* (Armeni) *sicut & Greci*, summum honorem, vel etiam majorem habent; *OSCU LANDO* cum accipiunt & deponunt. In Missâ vero pedetentim, cum magnâ reverentia & sonitu tintinnabulorum mirabiliter elevant, ut & posterius calicem cum pane consecrato. Inter elevandum populus pectus pulsat, cruce se signat, torque osculatur terram: à quâ humilitate Patriarcha quidem ipsum alienus est, quam & tertia & quarta vice intra Missam ostendunt. Post elevationem talis unus alterum Osculo Sacro salutat. Psalmodia plurima fuit in laudem Ascensionis Christi. Finita Missâ, Patriarcha (sic cum appellant) placentas aliquot in frusta dividit: Singuli accedunt ordine, & *OSCULANTES LIBRUM BIBLICUM*, manumque Patriarche, frustulum accipiunt; qui vult eleemosynam loco aëliq; imponit.

Ipsum qvod Idioma venerabilis hujus Versionis ac propterea in Oriente toto Celeberrima, (vid. Hottinger. Fascic. Dissertat. pag. 185. s.) concernit, in qvod Sacer Codex transfusus est, in allegatâ modo Epistolâ Constantin. p. 64. f. s. unde Ursinus l. c. habet, *Doctoribus tantum Armenis notum*; & a pristino non parum diversum, à superiori laudato B. Dn. Gerardo l. c. cap. V. §. i. quat. H. 4. a. m. dicitur, de quo mihi nunc iudicium ferre non licet. Hoc veritati maximè consentaneum est, prout Metaphrasiarum alii, Scripturam S. (quo non pretiosior, & qui comtam magis exasciatamque Versionem mereretur, in Orbe liber datur:) de lingvâ in lingvam transferentes, nihil omitunt, qvod ad styli elegantiam ac nitorem facere queat, idem etiam Armenum Interpretem fecisse. Jam vero cum etiam vernacula sermonis sublimitas plebis indoctæ captum nonnunquam transcendat, possibile omnino est, locutiones quasdam obscuras minusq; perulas imperitis fuisse: num verò Idioma totum a vulgari tantopere diversum sit, ut non nisi ab Eruditis intelligi queat, non nihil ambigo. Qyanquam & hoc nemini non largiar, in hac tanta canitie Versione remanere potuisse vocabula, qvæ, cum olim quidem recepta fuerint, hodie autem obsoleverint, non nisi à doctis intelligi queant, cuius rei exempla vel nostra Germanica versio, dñorū (ne dum duodecim, cum Armenicâ:) seculorum ætatem nondum egressa, plura dabit.

Utrumque verò Testamentum, Vetus Novumq; in Armenianam Lingvam translatum est, ipsis nec Apocryphis libris exceptis, qui cum Canonicorum Ordini

PRÆLOQUIUM.

Ordini inspersi immixtiqve sint, opera duxi pretium, librorum V. T. seriem hīc exhibere: Pentatevhus, Josua, Jūdices, Ruth, Libri IV. Regum, Libri Paralipomenon, Liber tertius, primus & secundus Esræ, Tobias, Judith, Esther cum fragmentis suo loco insertis, Liber 1. 2. & 3. Maccabæorum, quorum ultimus neqve Capitibus, neqve versibus distinctus est. Job, (cum qvo altera Bibliorum pars ratione pagellarum incipit:) Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Jeremias, Threni, Baruch, Ezechiel, Daniel cum fragmentis suis, & Δωδεκατεσθιον, qvod cum N.T. Libris confervâ serie exhibetur, in Editione meâ, ad qvam dictâ hactenus me nunc dimittunt.

BIBLIORUM ARMENICORUM recentissima Editio (qvam, num alia unquam ante verterit, dubito:) jussu REVER. DOMINI JACOBI, Armenorum Proto-Patriarchæ (duobus enim tantum modò Patriarchis, qvos nomine Catholicorum insigniunt, subsunt, qvibus plures parent Episcopi; vid. Aut. cit.) juxta Dalmatiam, adornata est, atqve Anno Salvatoris M.DC.LXVI. æræ Armenorum MCXV. Amstelodami, in formâ, ut loqui amant, quartâ majori, nitidissimis typis, chartâ purissimâ columnisq; divisâ, historiis Biblicalis pluribus figuris æneis repræsentatis, locisqve parallelis textui uberrimè adjecitis, Capitibus in certas suas partes distributis, distinctèqve notatis versibus, prodiit. Novo Testamento singulorum Librorum Biblicalorum Argumenta subjiciuntur, unde etiam Obadiæ nostri excerptum p.7. in ann. His dictorum V. Instrumenti in Novo allegatorum catalogus annexitur, qvem alias excipit, Nomina Propria ordine alphabeticâ exhibens & declarans, cui tandem plurimarum in Scripturâ occurrentium memorabilium rerum alphabeticâ serie digesta consignatio subjicitur. Hanc Carnem Rhythmicum excipit, & ad Lectores προσφέντης, qvas cum duabus Præstationibus, Bibliis præmissis, nunc perlustrare, alia negotia in editionem majoris operis impendenda prohibuerunt. Qyod tñ. negotii imposterum inibi sumam, ut illa omnia in Latinum sermonem transferam, atqve cum Eruditis communicem. Ceterum eadem hæc est Bibliorum Armenicorum Editio, cuius, à me prius ipsi, ante quadriga estre circiter hīc Lipsiæ moranti, ostensiæ, Dn. Pfeifferus in recens editâ Criticâ suâ S. p. 396. non sine laude meminit, ipsamqve versionem non indignam diligenteri Scrutinio judicavit, è qvâ etiam versum Psalmi CXIII. 3. citato libello suo p. 480. insertum, ipsi excerpti.

Subit verò non leviter mirari, intra qvatuordecim totos annos, qui scilicet Editionem jam intercesserunt, hanc Bibliorum Armenicorum Versionem in Philologorum notitiam, ne dum manus, haud venisse:

PRÆLOQVIUM.

nisse: apud ipsosmet etiam Belgas hunc sepultum fuisse thesaurum, in quorum tamen gremio natus erat: quo ipso sane Exemplarium defectus, quem supra commemoravimus, non leviter confirmari vult, qui tamen (quod ob bonum Ecclesiæ publicum moneo!) absterre neminem debet, ut in Sacrum hunc Librum diligentius inquirat, nec negligentiâ vel procrastinatione suâ ipsum dulce blattis tineisque prandium fieri concedat; nec efficere, ut linguae ipsius cultum inclemens atque inconsultus quispiciam aspernetur, cuius nimurum fide nostrâ longè major utilitas existit. Id enim primarium in omni re agendâ argumentum est, ut sciamus, *Cui bono?* Neque hoc immerito. Nam & temporis non rite collocati olim erit reddenda ratio. De usu proinde Lingvæ Armenicæ cum verba mihi hîc facienda sint, isque ob Lectorum oculos clare ponendus, ut ipsorum animi ad amorem saltem, nisi & cultum allicantur; vereor, ne si omne quod hîc congeri posset, exponerem, Præfationis limites longè excederem. Qvare cùm propediem in peculiari dissertatione, (qvâ Locorum Scripturâ triadem, ab Interpretibus mirum in modum tortam, ex hoc fonte, quod spero, non infelicitè explicaturus sum, atque contra nonnullorum adversus hâc mea cœpta objectiones me nonnihil securum reddam;) Lingvæ Armenicæ usum, quem in Explicatione Vocabulorum, fortassis plurimum, Scripturæ S. habet, ostensurus sim; de alio potius, quam hoc, prolixiores hîc lineas ducere convenit. Atque ut de Versionis etiam Bibliorum Armenicorum Antiquitate, Autoritate ac Celebritate, argumento plurimum sane ad Lingvæ culturam movente, non repetam, quæ dicta superitis fuerunt, collatio certè tam nobilis Versionis, (jam olim etiam tentata, ut infrâ audiemus,) cum aliis, imò ipsis Fontibus, absq; usu esse minimè potest. Quo de ipso tamen aliud tempus solidiora dicere mihi concedet. Ignora manerent (Verbis utor Nobiliss. Dn. Ludolfi, quæ habet in dedicatione Grammaticæ sua Æthiopicæ:) Religionum arcana; res genium & commercia Nationum, nisi cognitio Lingvarum accederet, sine quarum adminiculo multa absurde & incongrue dicuntur & scribuntur; quod in commemoratione rerum Æthiopicarum sepe accidisse constat. Idem ego in rerum Armenicarum traditione factum esse vereor. Tam n. densis & penè Cimmeriis tenebris Historia Armenica squalerat, ut quamvis omnibus juxta adagium, vestigii inquiras, vix nôris, cui Scriptorum pollicem premere debeas, aut ubi tutò pesfigendus sit; dicente B. Gerhardo l. c. cap. II. §. 4. Præterea Christianum nomen gens Armena gerit, vel ob hoc unicum minimè indigna habita à Sozomeno lib. 2. c. 4. cit. Gerhard. Cap. 3. §. 3. quæ sibi Divina appellaretur, nec habenda nobis, quæ accuratiùs innoescat, cum quâ res artesque nostras, tam pacis, quam belli, optimo jure communi- cemus.

PRÆLOQUIUM.

cemus. Sed hæc etiam inter rationum fastigia se ponit causa, ob quam in Armenorum scripta profundiū nos immergere deberemus, quod Ecclesiæ Armenicæ cum Romanâ ac Reformatâ consensem, quem utraqve maximo jactat, opere (teste eodem D. Gerb. l. c. Cap. ult. qvæst. 2.) falsitatis convinceremus, probaturi vicissim, quam proximè in religionis negotio nostra Ecclesiæ Evangelico-Lutheranæ Armeni accedant. Quid ipsum sane non cum exigo Ecclesiæ nostræ usu atque ornamento conjunctum foret, maximè si & Historiam ipsorum genuinam Ecclesiasticam (quod hic omnino requireretur:) produceremus, in quâ memoranda plurima occurunt, & cuius aliquam, eandemq; levissimam ideam Autores supra citati, Kircherus, Waltonus, Hottingerus, Pfeifferus, Gerhardus exhibuerunt. Ut taceam multa in ipsorum Scriptis reperiri, quæ rem nostram literariam mirum quantum vel adjuvarent, vel saltem illustrarent. Nemo etenim sibi persuadere debet, solis datum esse Europæis, ut ingeniosis inventis superbiant, hujusq; terrarum partis & cultura sapientiæ eosdem esse limites. Minime gentium! Exteris etiam populis, maximè vero, quos oriens jubar opprimit, benigna mater Natura, scire concessit, quod ignorant alii. Atque horum Ordini jure meritoque etiam Armeni adscribuntur. Cujus rei ut vel unico testimonio adstruamus fidem, subtile idemque pium Armenorum inventum, quo SSæ Trinitatis mysterium illustrate conantur, cum subnexâ explicatione vocis Adam, ex Athan. Kircheri Prodomo Copto cap. 6. p. 159. f. excerpere visum est: ARMENI nomen Dei, ac summa quævis mysteria fidei, teste Ambrosio Theseo, litteris consignant. Nam per primam Alphabeti literam Ա, quam Aip vocant, conjunctam ultime dicti Alphabeti, videl. 39. (Nam rō L. Kircherus Alphabeto inserit:) Օ, quam Aipun dicunt, idem denotant, quod Hebreorum sapientes per tria Iodim circulo inscripta, seu quod Græci per primam & ultimam Alphabeti sui literam Α & Ω, videlicet illum, quise A & Ω, Ա & Օ Aip & Aipun, principium scilicet & finem esse dicebat. Nam in Ա Aip, primâ Alphabeti Armeniaci literâ, que tribus lineolis ad basim litere perpendiculariter erectis effigiata est, tria in uno convenient, Pater videl. & Filius & Spiritus Sanctus tres unum sunt. Et Օ Aipun 39. litera Alphabetum claudens, nec ad quadragenarium numerum transire permittens, orbis est in se revolutus atque reflexus, principio & fine carens, Trinitatis unionem inscrutabilem designat. Testatur hoc Monogramma Armenianum, quod in libro seu Chartâ quâdam convolutâ Armeniæ scriptâ Bibliothecæ Vaticanae, Orationum principiis prefixum videtur, ut sequitur Ո: ac proinde hoc nomen per hujusmodi characteres repre-

PRÆLOQVIUM.

sentatum idem est , qvod Χεὶς Σοταρῆς πρὸς ὁμοίωσιν μέδεται
(Kircherus litteris Latinis sic scribit:) *Heli hubel ur tarcmani mietie astuvati*,
h. e. Heli (qvod est ex Ebraeo נָהָר , unde נָהָר Deus meus. Conf. Ang.
Roccha à Camerino Bibl. Vat. p. 311.) Hubel qvod exponitur Magnus Deus.
Alia præterea plurima in voce Adam , quam per primam hanc literam refe-
runt , recondita Sacra menta ostendunt . Sed quia illa digna sunt scitu , ea hic
subiungam . Dicunt Armeni , Litteram uero Aip propagationis humani generis
per Adamum primum , & redēptionis deperditi , per Christum , Adamum secun-
dam facte , Symbolum esse . Hinc eam vocant mysticè αἰτιαῖς Adam , h. e.

Σογη̄ huug terra , aut Ληρη̄ Ερη̄ Κυρη̄ Curt ergir , Terra virgo : vel Σογη̄
μαρμασση̄ τη̄ huug marmnatial , Terra incarnata , aut Λαρη̄ Σογη̄
carmir huug Terra rubens : vel quemadmodum alii quoque explicant , teste
Ambros. Theseo (p. 145. a.) Qui ex terrâ totâ suâ . De quo illud quoque D. Pauli
intelligunt Armeni (1. Cor. XV, 22.) : πρώτου αποταμιῶνι μετέκειν
μήτραν (in meis Bibliis legitur μετράνην .): οὐτοις αἴτιοι (jam in meo
exemplari seqvitur I. .) Ρήτορες μετέκειν ιεραπόλισσαν (in meo
Codice extat ιεραπόλισσαν .): Urbes Adamaven amenechian merran ,
nunbes Christus evi amenechian ghientanatian . Sicut in Adam omnes mori-
untur , ita in Christo omnes vivificabuntur .

Quin imò prout cantu produntur aves , sic Armenorum etiam
in Philosophicis studiis profectus eluescunt . Ut enim Logicas Institutiones ,
qvas Galanus ipsis conscripsit , non tangam , felicissimos etiam inter ipsos Poë-
fis (cuius rationem exponit laudatus Galanus Gramm. Arm. p. 16. seqq. unde
quædam excerptis Dn. Pfeifferus in Dub. Vex. p. 618. f.) Cultores reperiri ,
illustri Argumento sunt BIBLIA Ipsorum RHYTHMICA , qvæ nu-
per ad manus meas pervenere . Autorem hæc agnoscunt , qvem titulus mon-
strat , Nersesium , (cuius Galanus meminit I. c. f. 16. b. & 17. a.) Armenorum
Catholicorum Patriarcham , ac Celeberrimi inter ipsos nominis Poëtam , qvi
Historias Biblicas Præcipuas in rhythmis elegantissimis recensuit , & illas qvi-
dem , qvas è V. T. selegit , omnes unice terminationi ήν , IV , inclusit , qvas
verò è N.T. excerptis , sub variis finibus proposuit . Liber ipse Amstelodami ,
iisdem Charakteribus , qvibus Librorum Biblicalorum Armenianorum tituli , sin-
gulis paginis appositi , & qvi majores non nihil sunt illis , qvos textus ipse Biblio-
cus habet , eodem forte anno (abest n. numerus) quo Biblia prodierunt , im-
pressus

PRÆLOQVIUM.

pressus est, ac 37. octernionibus absolvitur, quos plures ornant imagines, quæ historias repræsentant. Tandem & Armenica Lingvæ cultum nobis Germanis, Armenorum in nos affectus benevolus, nostræque lingvæ notitia, nisi serio, saltem ob gentis gratiam aliquantulum commendare posset, qui alias dies noctesque in illorum addiscendis linguis, qui inimici nostri infensissimi sunt, perdimus. Illum sanè nullibi satis deprædicare possunt Historiographi, quorum testimonia contemperanda prolixitatis ergo omittenda nobis sunt, videri tamen queunt apud *Dn. Olear. in Pers. Reise-Beschr. P. 2. p. 380. 392. 400. 401. Nicetam lib. 2. p. 46. 47. Lazio lib. 7. de Migrat. gentium, Schiltpergerum in Histor. German. cit. Gerhardo in saepius alleg. dissert. c. II. §. 12. ubi & Aventinum ex Reinecc. append. ad Haython. Syntagm. p. 261. allegat.*

Eximius hic Armenica lingvæ usus, cuius levissimam tantum umbram hic posui, & quem pleniùs, tam in Theologiâ, quam Philosophiâ ostensurum se in litteris ad *Hottingerum* (teste ipsomet in Fase. diss. p. 187.) datis, quondam, sed quod vereor, frustra promisit *D. Dudlejus Loftusius, J. U. D.* ad intimius sui scrutinium me allexit, maxime postquam Armenus Codex Biblicus ex liberalitate superiùs laudati Mæcenatis mihi cessit. Eandem igitur ut in aliorum etiam animis facerem orexin, caveremque ne excitata illa rursus extingveretur, *Typum Armenicum* (ut strictum attingam, quæ in Dedicatione hujus opusculi dixi fusiùs:) procuravi, ejusque Specimen in *Obadiâ Armeno* exhibere volui, quem Lectione & Versione Latinâ circumdedi, & in subnexis annotationibus explicui, quibus de singulis aliquaque adhuc dicenda supersunt.

Textum Prophetæ Armenum ut Latinis exprimerem verbis, duplex memovit ratio, ut scilicet tūm tirones, (quorum in gratiam Alphabetum quoque cum paucis ad Lectionem facientibus, subjunxi:) hujus in Lingvæ lectione nonnihil adjuvarem, tūm ut alii etiam, istius ignari, sonum verborum perciperent, ex eoque judicare possent, quā cum lingvā sermo Armenus coleret affinitatem.

Quanquam autem Lingvæ hujus Pronunciatio parum suavitatis admixtum sibi habere, atque plurium imprimis consonantium concursus eandem nonnihil horridam reddere, nec non exasperare videatur, ut vel inconditi isti soni animum à Lingvæ cultu alienum reddere possent: nihilo tamen secius, si modò pronunciatio, quam per Latinas litteras exactè repræsentare neutiquam valemus, ritè formetur, & freqvens illa consonantium coagmentatio legitimâ interpositione literæ E dissolvatur, gratiore longè auribus præbebit epulas.

Versionem Latinam quod concernit, ea litteram preslè sequitur, & hoc itidem in tironum gratiam, quibus translationes in sensu tantum modò exprimendo

PRÆLOQVIUM.

exprimendo occupata mera propemodum sunt tenebræ : hinc quæ sermona
scabrities erit affabricata , nemini esse debet offendiculo.

In conscribendis *Annotationibus* eâ sum methodo usus , ut primò in Grammaticâ vocum Armenianarum Analyſi occupatus fuerim , cuius negotii unicus hic scopus est , qvod futuros hujus lingvæ cultores nonnihil adjuvare voluerim , ut hoc subsidio instructi ulterius atque facilius in lingvam hanc sese penetrent . Ut ut verò labor hic à qvopiam despiciatis haberi queat , necessarius tamen iis est , qui qvicqvam in hoc studio tentare cupiunt . Haud secus atque claves , exigui sunt pretii , qvibus tamen Cæsarum Regumqve Gazo- phylacia referantur . Quid? qvod in eodem ipſollabore Duces habeam Viros longè celeberrimos , qvibus cùm proximè elapso seculo Ebraicam promovere lingvam federet animo , varias Bibliorum partes Analyſi Grammaticâ donatas cum Auditoribus suis communicarunt . Ex his vel solum nominasse Reuchlinum sufficit , qui Anno M D XII. libellum sub hoc titulo promulgavit : Joh. Reuchlini in VII. Psalmos Panitent. Hebraicos interpretatio de perbo ad verbum , & super eisdem Commentarioli sui ad discendum lingvam Hebraicam ex rudimentis . Huic igitur , aliisque Viris doctissimis virtio verterit , qvod in Grammaticalibus haſerint tricis , qui nunc mihi , cuius insuper in Armenianis initia , cum aliorum qvorundam in literaturâ alia primerdiis collata , parum forte , nisi omnino nihil cedent .

Qvibus verò instructus Subsidis labore hunc aggressus fuerim , non omnino reticendum arbitror . Scilicet non nisi duos præcipue in hanc rem Autores usurpavi , qvorum tamen neuter mihi satisfecit . Alter horum est Clemens Galanus , Clericus qvondam Regularis , Theol. Professor , sedis Apostolicæ ad Armenos Missionarius , & Jacobi de Gregoriis , cujus initio præloqvi hujus mentionem feci , olim , qvod afferebat , Præceptor , qui Grammaticas & Logicas institutiones Lingvæ litteralis Armeniae , cum brevissimo dictionario Armeno- Latino , non nisi dictiones Scholasticas complectente , Romæ An. M DC XLV. in formâ 4tâ edidit , & ex qvo Dn. D. Pfeifferus Præcepta sua methodica colligit , cùm ante hos octo annos istius lingvæ apud Ipsum ponerem rudimenta . Alter à me consultus autor est Franciscus Rivola , Civis Mediolanensis , cuius Dictionarium Armeno- Latinum Lutetiis Parisiorum Anno M DC XXXIII. in 4to editum , freqventius qvam fructuosiùs à me evolutum est . Hic enim , ut breviter me expediam , cādem mihi querelâ opus est , qvam Cl. M. Theodorus Petrus in præfat. libelli sui Doctrinam Christianam Armenicè tradentis , Annoqve M DC LXVII. Amstelodami , typis Armenianis , cum Versione Latina in 8vō , editi , effudit . Qvamqvaenam freqvens hujus autoris in Annotatio-

PRÆLOQUIUM.

notationibus citatio fiat, tamen plerumq; locus allegatus vel censuram meretur, vel suspectæ saltem probitatis est. Meritò proinde cum laudato Petrao con-
queror: *Europeos nostros in hac materiâ intactâ, & nondum exultâ lingvâ,*
vel parum vel nihil consulere potui. Extat quidem dictionarium Armeno-
Latinum (procul omni dubio Rivolam innuit:) qvod opinione minus offendit,
et neutiquam c̄B̄στωνισ̄s legi debet: *prater enim summam vocabulorum*
penuriam, quâ laborat, etiam erratorum minimè tolerabilium colluvie scatet,
ac vocum peregrinarum admixtione: dignius qvod cum aliis ejusdem farine
Lexicis Orientalibus, sub celebribus nominibus sepè vulgatis, βθβλιοζάφοι
ad pompam & ostentationem asservarent, quam ad usum & contrecutionem.
Sane tales Lexicographos ultra sortem temerarios, mirari convenit, dum
ceteris sequacibus facem preferre audent, illos fatui ignis instar in devios er-
rores & labyrinthos inextricabiles inducunt: oscitantibus enim & titubantibus
hisce, oscitant & titubant alii. Qvare in sterilis hujus atq; asperi arvi cultu-
rā multa etiam mihi loca occurserunt, qvæ jam inoffenso pede transire poterit
Lector, postqvam ego in removendis obviis stiptibus probè nonnunquam
desudavi.

Post enodationem Armenianarum vocum Grammaticam ad Collationem
Versionis Armenice cum textu Authentico, aliisque, sed paucis, qvia ad
manus plures non fuerunt, Orientalibus atque Occidentalibus Versionibus,
pedem tuli. Qvâ in re jam olim venerandum Antecessorem ex parte habui,
Scholiasten Syrum, Gregorium, qvī teste Hotting. Fascic. Diss. p. 18 5. Crebram
in Scholis suis instituit collationem textum Graci, ARMENICI, Ägyptiaci,
Aqvile, Symmachi, qvin & Carcaphiensis, cuius subinde mentionem injicit
ad Psalm. CXVII, 13. & CXXXVI, 1. qvod ipsum sanè in illustris argumenti
vicem adhiberi non tam potest, quam debet, minimè postrema Veteribus
collationem Versionum curæ fuisse, ipsosqve Posteritati lucubrationibus suis
relinquere voluisse, qvod imitarentur, venerabile exemplar. Atque producit
etiam memoratus Hottingerus l. c. nonnulla loca, ubi Versionem Armenianam
cum aliis laudatus Gregorius contulit, qvæ datâ occasione curatiū perlustrare
non intermittam. Quantamcumq; vero laudem Veterum in conferendis
Versionibus conatus mereatur, ex eo tamen multum detrahit aestimationis,
qvod plerumq; neglectis Fontibus istud negotium transegerint: Ego proinde,
ne in eundem lapidem impingerem, ubi necessitas flagitavit, plenariae collationi
studui, atque hac occasione etiam de vero textus Authentici sensu, maximè ubi
nonnihil intricatior fuit, eruendo, sui follicitus: Ubicunq; etiam in aliis
Versionibus singulare quidpiam occurrit, excerpti. In his vero adornandis

PRÆLOQVIUM.

omnibus ita me gessi, ut intra Philologorum cancellos sublitterim, nec falcem
in Theologorum messem immittere voluerim: Comtiora tamen adhuc sūisse
daturus, nisi alia, qvæ jam mihi standa incumbunt, & qvorum supra memi-
ni, tempus surripuerint, librorumqve necessariorum defectus obstitisset.

Sic ergo adjuvante Divino Numine, fenestram patefeci, per qvam
liber in Armeniam prospectus permittitur. Januam qvoque aperturum me
promitto, per qvam liber in Armeniam transitus pateat, si Viris doctis *rudia*
Armenicæ litterature initia non displicuisse cognovero. De cætero, cum
nihil amplius Lectori dicendum restet, ad Deum ter O. terque M. me humili-
mè converto, Divinæqve Suæ Clementie submissas ago gratias, qvod diffi-
cultates, qvibus hoc *Litteratura & Charakterum Armenicorum Specimen*,
tum ex parte fabricandi typi, tum illarum rerum, qvæ propositæ sunt, circum-
septum fuit, felicissimè tollere voluerit; Ea porrò benignissimè largiatur, ut
hoc omne, & qvicqvid imposterum è *Litteraturæ Armenicæ* fœcundo sinu tol-
letur, ad Nominis Sui Divini gloriam, Ecclesiæ usum ac decus tendat. Post
Christianæ memor pietatis Patrem misericordiarum supplici rogo prece, ut
Ovile suum, in tam dissitis terris tot lupis circumdatum, tot cinctum barbaris,
ab hostium impetu ac savitiâ immune clementissimè servet, errantes adhuc in
eo oviculas in rectum tramitem deducat, omnesqve Divinæ Suæ tutelæ usqve
ad finem seculi commendatas habeat; Tandemqve efficere velit, ut indies na-
scantur plures, qvi serio *SCRIPTURAS SCRUTENTUR*, *TOTQVE*
JOSEPHORUM IN ORBE DAMNA ALTIUS EANT PERPENSUM!

Vale Lector Beneyole, & ignosce, si diu nimis in Praeloqvio hoc te
detinui. Causam prolixitatis facile subodorari poteris, si sagax es; valere
etiam hanc apud te fines!, si, qvem nominavi, benevolus.

Cœterum cum Errata sustuleris, qvæ pagina ultima sistit, ac in talismo-
di opera non possunt non irrepere, ne qvæso graveris etiam seqventia ad p. 21.
lin 15, post vocem *תְּנִלָּה*. referre: Vel etiam sic explicari posset: *Adverbus*
Personam tuam. Nam *תְּנִלָּה* Armenis *Personam* notat. Item: ad p. 41. lin. 14.
post vocem fuerint hæc: Qyanqvam Masora Interpretationem alteram huic
præferendam non obscurè innuat circulo voci huic *תְּנִלָּה* imposito, ac *בְּסֶפֶר*
מִזְבֵּחַ in Codice probatissimo, qvod ait, reperto, qvi aliud nihil h.l. significare
potest, (id qvod Masoræ periti animadvertis:) qvam qvòd in aliâ significa-
tione hæc vox sumenda sit, ac aliâs. Jam verò præter ordinariam *Jugis*,
Jugiter, qvæ sic rejicitur, alia non superest, qvam *Vini*. Et crediderim hoc,
qvod

PRÆLOQUIUM.

qvod à Judæis Exegetis, ipso etiam Jonathane in Targum, qvi habet תְּרֵיָה (Teriah) jugiter; Interpretè Syro, reddente per Διονύσιον (Versio in Op. Angl. vertit Jugiter, sed malim) Verè; nostrâ Germanicâ, qvæ transfert Englich & Versionibus aliis prætermissum, ipsisqve meis oculis primâ vice elapsum est, à LXX. Lingvæ Ebrææ gnarissimis, utut, qvi punctatis Scripturæ exemplaribus destituti fuerunt, nec Masorâ, jam tum qvidem, licet non tantâ, ac hodiè, exstante, instructis, esse animadversum, qvi propterea consultò hanc vocem reddiderunt per Vinum, qvos deinceps Armenus & Arabs fecutus est. Atqve hoc ipsum me movet, ut plus jam Masoræ, ac יָבָן & hos seqvacum Autoritati tribuam, qvam Kimchii, cui antè innitebar, aliorumqve Exegetarum, atqve nunc Vini, ejusdemqve pejoris notæ, significatum hic omnino retainendum judicem, nec repugnante συναφείᾳ textus; locumqve hunc non male cum Psalm. LXXV. 9. conferri posse arbitrer, ubi sic legitur in Versione Jun. & Tremell: *Nam poculum in manu Jehovæ, et vinum turbidum est, plenum mixtione, ex quo fudit: veruntamen feces ejus, quas expresserint, bibent omnes improbi terra.* Ceterum in Tr. Thalm. Berachoth cap. 6. fol. 38. a. m. Synonymum תְּמַר lego, qvod Rashi declarat per: תְּמַר עֲנָכִים שֶׁתֶּחָזֶק סְדָמָה וְיָסְדָמָה postquam acinis aqua prius affusa est, ut inde lora fiat.



1376

L N. J.

OBADIÆ ARMENI

LECTIO.
MARCHA-
REUTTIUN

TEXTUS.

VERSIO.

ԱՐԴԻՒՐԻ
ՍՈՒԹԻՒՆ

PROPHE-
TIA

A B D I U.

Ա Բ Դ Ի Ս Ո Ւ Բ : O B A D I A E .
vers. 1.

Desil Abdiu , or
egeu jarraccchan-
zels Asuresdanujn .

* Տեսիլ Արդիւր որ
Եղլ յատազքան զԵլս ասո-
րեստանոյն :

Visio Obadiæ ,
quæ fuit ante Ascen-
sus in Assyriam.

A ISBES ASE
Der zedom :
Lur luvav i
Derne : Eu bascha-
rumn arracheaz i
hettanuss : Ariçch ,
eu jarizzucch ivr-
nuza i baderazm .

Վ Յ Պ Ե Ս Ա Ս Ե
Տ ը ե գ օ ւ . լ ա բ
լ ա լ ա ր տ մ ն ս ա ռ ա ք ե ա ց
ի հ ե թ ա ն ո ս ս : Ա ր ի ք . և
յ ա ր ի ց ո ւ ք ի կ լ ւ ն յ ի պ ա տ ե ւ
ը ա զ մ :

HOC MODO
dicit Dominus
ad Edom : Ru-
morem audivit à
Domino , & Obsidio-
nen misit gentibus :
Surgite , & surgemus
adversus illos in
bellum .

Aha Sagavavor ,
edu zchez jazchs ,
eu anarchea es tu
jujgi .

* Ա չ ա ս կ ա ւ ա ւ ո ր
Ե ս ո ւ զ բ ե լ յ ա զ գ ո ւ . և
ա մ ա զ բ ե ա լ ե ս գ ո ւ յ ո յ ժ :

Ecce parvum red-
didi te in gentibus ,
& contemtus es tu
valde ,

A

vers. 3.

vers. 3.

Hbarduttium frdi
cchuj barzazzujzz
zcchez bnagil i
dzachs vimazz, barx-
razzuzzanel zbnac-
chutiun ivr, ev aseli
frdi ivrum ovicuszze
zis jerchir.

* Հպարտութիւն սրտի
քոյ բարձրացոյց զքեզ
բնակիլ ՚ի ծալւ վիմաց.
բարձրացուցանել ղըսա-
կութիւն իւը . և ամել ՚ի
սրտի իւըում ով իջուսցի
զիս յերկիր :

v. 4.

* Եթէ բարձրացիս
իբրև զարծուի . և եթէ
իմէլ աստեղաց դիցես
զբոյս քո . և անտի իզու-
ցից զքեզ ասէ Տ՛ :

v. 5.

* Եթէ գողոց մուեա-
լը առ քեզ կամ առազա-
կաց գիշերոյ ուրեւ էր
զուղեիր . և ոչ արդեօք
գոզանային բաւական իւ-
ցեանց . և եթէ կթօղք
մուել էին ՚ի քեզ . և ոչ
եթէ չիր մի ոչ թողունին :

v. 6.

* Զիարդ քննեցոյ
եսաւ և ըմբռնեցան ծա-
ծուկք նո՞ :

Superbia cordis
tui extulit te, habita-
re in foraminibus pe-
trarum; efferre habi-
tationem suam, &
dicere in corde suo:
quis ex alto deturba-
bit me in terram?

Si extuleris te sicut
aqvila, & si inter fi-
dera ponas nidum,
tuum, & inde detur-
bababo te, dicit Do-
minus.

Si furum aliquis
introiret ad te, aut
latronum aliquis no-
ctis, ubi projiciebaris
nec quidem furaren-
tur sufficientiam su-
am: & si vindemia-
tores introirent ad
te, nec nisi racemum
unum relinquerent.

Qvomodo inve-
stigatus est Esau, &
deprehensa sunt ar-
cana ejus?

Ziart cchnnezav
Esa, ev embrnezan
dsadsuchcc̄ nora.

v. 7.

v. 7.

Minccev i sahmans
arracchezzin ecchez
amenain arcc hchdi
cchuj tarxan entteim
cchu, zorazzan iver
cchu arcc chagagu-
ttean cchuj, varanezzin
zcchez ucc chujr imasduttiun i
mna.

* Մինչւ ՚ի սահմանա
սուսպեցիս ըրբել: ՚ի
արք ոխտի քոյ դարձան
ըսղիմ քո. զօրացան իսլ
քո արք խաղաղութե քոյ.
վարսակցիս զբեղ ոչ գոյլ
իմաստութե ՚ի նմա:

Usqve ad fines a-
blegarunt te, omnes
viri voti tui conver-
terunt se adversus te,
corroborati sunt ad-
versus te viri tran-
qvillitatis tuae, per-
turbarunt te, non
erat sapientia in eo.

v. 8.

* Յաւուր յախմիկ
ամէ Տը կորուսից զիւ
մաստութե յերկլէս եղօ-
մայ. և զանձար ՚ի լը-
նէս եսաւայ:

Die illâ, dicit Domî-
nus, disperdam sapi-
entiam de terrâ Edomi,
& prudentiam de
monte Esavi.

v. 9.

* Եւ ապեսացիս պա-
տերազմողք քո ոք ՚ի
թեմանայ. զիւ բարձի
մարդ ՚ի լընէս եսաւայ:

Et trepidabunt
bellatores tui, qui in
Theman, ut tollatur
vir de monte Esavi.

10.

* Վի սպանման և
ամպարշութե եղօր քոյ
յակօրայ ծածկեայ զբեղ
ամօթ. և զաշեսիս յաւ-
իսեան :

Propter necem &
impietatem fratris tui
Jacobi, teget te pu-
dor, & deleberis in
æternum.

Ey sarseszzin ba-
derazmogcch cchu
urcch i Ttemanaj, zi
barxzzi mart i lerr-
nen Esayaj.

Vafn sbanman ev
ambarschduttean eg-
bor cchuj Jachobaj
dsadsgesze zcchez
amott, ev cnceszzis
javidean.

A 2

v. II.

V. II.

Jore jurmegazzer
hagarrag javurn che-
reluj ajlazcheaz zzo-
ruttium nora. Eu o-
darach mdin ent-
truns nora, eu iver
Erusalemi vigjags ar-
ganéin , eu tucch
eicch ibreu zmi i nu-
zanan.

* Յօրէ յոըմի՛ կայե՛ք
Տալառակիյաւունս գէլեւ-
լոյ այլազգեայ զըօրութէ-
նէր. և օսազք մտիս բալ-
դըունս նը. և իւլը Եհմի
վիշակս արկանէիս . և
դուք էիք իբրև զմի ինո-
ցանէս :

A Die quo stetisti
contrarius, die , ca-
ptivam ducentibus
peregrinis potentia
ejus, & exteri ingressi
funt per portas ejus,
& super Jerusalem
fortes mittebant , &
vos eratis sicut unus
exillis.

V. 12.

* Եւմի՛ տեսցես զա-
ւեր եղբօն քոյ յաւունս
օսարաց. և մի՛ ունչար
լիցիս որդւոցն յուղայյա-
ւուրս կորսանեան նի՛ : և
մի՛ մեծարանէցես յաւուր
նեղութէ՛ :

Nec videbis diem
fratris tui die exteror-
um, nec pedem per-
cutias propter filios
Iudee diebus exitii
eorum, nec magna-
loqvaris die affliccio-
nis.

V. 13.

* Եւ մի՛ մտանիցեւ
նոյ դըունս ծողովոդոց
յաւուր ալուրց նի՛ . և մի՛
տեսցես զծողովս նի՛ յա-
ւուր սատակման նի՛ . և մի՛
իվը Տիրկանիցիս զօրութէ-
նի՛ յաւուր կորսանեան նի՛ :

Nec ingrediaris in
portas populorum,
die dierum eorum,
nec videbis cœtum
eorum die devasta-
tionis sua, nec super
exhilareris fortitudi-
ne eorum die perdi-
tionis eorum.

Eu mi deszzes za-
ver ebvorn cchuj ja-
vurn odaraz , eu mi
udnhar lizzis ortuzzn
Jutaj javurs gorsde-
an nuza , eu mi me-
dsabaneszzes javur,
neguttean.

Eu mi mdanizzes
ent truns Schoguvr-
tuz javur avurz nuza,
eu mi deszzes zgjo-
govs nuza javur sa-
dagman nuza , eu mi
iver harganizzis zo-
ruttean nuza javur
gursdean nuza.

V. 14.

V. 14.

Eu mi arnuzzus
zgirgs nuza sadagel
zabreals i nuzanen
eu mi baschareszzes
zphachsdeajn nuza
jajayur neguttean.

* Եւ մի առնուցուս
զկերչս նոյ ստուկել զաւ
սըրեալս ՚ի նոցանէն. և մի
պաշարեսցիս զիախատել-
սիյ նոյ յաւուր նեղութե:

Nec capias bivia,
eorum ad perdendū
superflites ex iis, nec
obsidebis profugum
ipsorum die afflictio-
nis.

V. 15.

* Զի մերձ է օր Տ՛ն
իվել նմ ազդաց. զըրօրիւ
նակ արարել դռ Եղիշէ
քեզ. և հատուցումն քն
հատուսցի ՚ի գլուխ քո:

Qyia prope est di-
ces Domini super o-
mnes gentes: qvem-
admodum fecisti tu,
fiet tibi: & retributio
tua retribuetur in
caput tuum.

V. 16.

* Զի զըրօրիսակ ար-
բեր իվել Եղին սըրութե-
իմոյ. աշըրիւ նմ ազդք
զգիսի. արըրին. և զիշ-
ցին. և Եղիշին իբլւ
չելեալք :

Nam qvemadmo-
dum bibisti super
montes sanctitatis me-
is, (sic) bident omnes
gentes vinum; bi-
bent & dejicientur,
acerunt, tanqnam
qui non fuerint.

V. 17.

* Բայց ՚ի Եսոնս սիօն
Եղիշի փրկութիւն և Եղիշի
սով. և ժառանգեայի
տունն յակօրու զծուան-
գիչս իւր:

Sed in monte Sion
erit salvatio, & erit
sanctus, & heredita-
rio jure possidebit
domus Jacobi pos-
sessores ejus.

Eveg'z i dann Ja-
chob, bur, ev dñm
Jósephi bozz, ev dñm
Efavaj egechn, var-
refsz in znovav, ev
cherizzen zna, ev mi
mnaszze chrachaber
dann Efavaj, zi Der
chofezzay.

Ev gjarrancheszen
Nachebazzich ezle-
arrrn Esavaj, ev Se-
phelazzich zailaz-
chis, ev gjarranches-
zen zlearrnn Ephre-
maj, ev Zbeniamin,
Zchalajatazzin.

Ev cheruttean,
sgizbn ain izze or-
tuzzn Ifrajeli, erchir
cchananazzuzz min-
kev i Sarphatt, ev
cheruttiunn Erusale-
mi minkev Jephrat-
taj, ev gjarranchesz-
zen zchagacchs Na-
chebaj.

* Եւ եթի տանիս
յակօրու հոգ . և տանիս
յառիլու բոց . և տանիս
եսաւայ եղբայ . վատես
ցիս զառիլու . և կերիցեն
զառ . և մը մնասիշ կրա
կաբեր տանիս եսաւայ ցի
Տը խօսեցաւ ;

* Եւ ժառանգեայէն
նագեբացիք ըլլեառնն եւ¹
սաւայ . և սեփեզայիք
զայլաղիս . և ժառան
գեացէն զլեառնն եիրեւ
մայ . և զբէնիսամն՝ զդաւ
դայադացին :

* Եւգերութեալիդն
այս ից որդւոցն իլի :
Երկիր քանանացւոց մինչև
Կ սարփաթ . և գերութեալ
Եհմի մինչև յեփրաթայ .
և ժառանգեացեն զքա
զքանագեբայ :

Eterit domus Jacobi iiii, & domus Josephi viii, & domus Esavi viii. Accendentur circum illam, & devorabunt illam, nec residuus manebit ignifer domui Esavi, qvia Dominus dixit.

Et hæreditario ju-
re possidebunt Nage-
benses montem Esa-
vi , & Sephelenes ,
alienigenos , & possi-
debunt montem E-
phraimi & Benjani-
nem Gileaditam.

Etcaptivitatis principium illud sit filiorum Israëlis, terra Canaanorum usque ad Sarpath, & captivitas Hierosolymorum usque ad Ephraïtha, & possidebunt urbes Nagebi.

V. 21.

Ev elzzen abre-
alch i lernnen Sioni
arrnul zvregj i lerr-
nen Esavaj, ev egizzi
Dearn arcchajutti-
un.

* Եւ Ելքէն ապրեալք
՚ի Եւուկն սիօնի՝ առնուլ
զվրէժ ՚ի Եւուկն Եսաւայ.
և Եղիշի Տն արքայութի:

Et ascendent Sal-
vati in montem Sio-
nis ad capiendum.
vindictam de monte
Esavi, & erit Domino
regnum.

ANNOTATIONES

Ad vers. I.



Rgumentum Prophetæ Obadiæ, qvamvis ex ipso Textu facile cognosci queat, ac in Christianorum Judæorumque commentariis prolixè explicetur, id tamen qvomodo Armeni etiam in fine suorum Bibliorum p. 725. a. f. proposuerint, priùs videre juvat, qvām annotatis qvibusdam textum ipsum illustremus.

Աբդիաս . սր թարգմանի ծառայ Այ . որոտայ ըսդդէմ Եղօմայ զարիւսահեղ և զերկաւոր զմարդ . որ և Եղօր Յակօբայ միշտ զնախանձն նիզակաւ Հոգււորաւ Հարկանէ : i.e. *Abdias, quod (nomen) exponitur Servus Dei, adversus Edomum, alienum sanguinem profundenter, & terrestrem hominem detonat, ejusque in fratrem Jacobum continuam invidiam lanceâ spirituali confudit.* Quo de si accuratum ferendum sit judicium, dicam, non totius Prophetiæ, sed partis tantum ejus prioris à v. sc. I. ad 17. exclusivè, summam in allegatis verbis contineri. Ibi enim Prophetæ excidium Edomitum interminatur, ob Պահապանաւ summamque injuriam, qvam in cognatos Judæos, in Babyloniam exules, exercebant. Postmodum autem vaticinium de regno Christi, seu promissiones Evangelicæ de Spirituali Israëlitarum liberatione per Messiam præstandâ, sequntur, & à v. 17. usque ad fin. Cap. sese extendunt. Utrumque verò Prophetiæ membrum Paracleticum est. Sed missis jam hisce, ipsum textum aggredimur, cuius prima vox est

Մարգարէութիւն *Prophetia,*] descendens à concreto մարգարա
Prophetia, à qvo, more Armenis usitato, abstractum in ութիւն (qvæ tamen terminatio ple. unqve decurtatè scribitur ութի) formatur.

Աբդիու

Աբդիու. *Obadia.*] Est Genitivus Sing. à Nominativo **Աբդիա** (non **Աբդիոյ**, ut habet *Rivola* in Dictionar. Armeno-Lat. p. 1.) i. Chron. VII, 3. Ipsa vox ad sonum Græci τῶν LXX. Αβδείας (qvod Vulgata retinuit) formata est, Syriaca autem & Arabica versio Ebræum nomen עֲבָדִיָה rectius exprimunt per عَبْدِيَّا & عَبْدِيَّا.

Տեսիլ Visio.] Est nom. Subst. in casu recto num. Sing. qvod formatum videtur esse ab Imperativo տեսu *Vide*, verbi տեսանսէլ *videre*. *Rivola* in Lex. p. 361. Pluralem tantum numerum տեսիլ posuit, verum Singularis etiam, tum hic, tum Jesa, I, i. alibiqve occurrit.

Աբդիու. *Obadio.*] Modò fuit. Ceterùm his duobus verbis titulus Prophetiae in Ebræo absolvitur, ubi חַזֵן עֲבָדִיָה visio Obadio. Armeni autem his qvædam adhuc adjecerunt, eaq; omnia minore charactere imprimi curarunt. Scilicet

Որ Եղլ Quesuit.] Որ est Pronom. Relat. Եղլ est 3. Præt. Sing. verbi Substantivi Ել *Esse*, qvod, ut in aliis lingvis, sic in hâc etiam Anomalum est. Vid. Clement. Galani Institut. Lingvæ litteral. Arm. p. 94. seqq.

Յառաջքին Ante.] Duæ sunt voces, qvarum prior յառաջք idem valet, qvod սրաց *Ante*, regitq; Accusativum, ita tamen, ut altera particula քին շամ, interseratur. Vid. Gal. f. 157. a. *Rivola* in Lex. p. 271, f. vertit *Priusquam*, sed ignarus fortè hujus constructionis.

Հելս Ascensus.] Est Accus. Plur. à Nom. Sing. Էլ *Ascensu*. Vide Galani Diction. Arm. lat. fol. 8. col. 3. f.

Ասթեսանսնյո In Assyriam.] Est Dativ. cum articulo tertiae Pers. à Nominativo Ասթեսան. Dativus autem adhibitus est, qvia motus ad locum denotandus fuit, hoc tamen in loco sine præpositione, qvæ alias ipsi præponi solet. Atqve hic tituli finis est. Seqvitur ipsius Prophetiae textus.

Այս պէս. *Hoc modo.*] Prior vox est Pronom. demonstr. Posterior notat *Modum, Rationem.* Dicitur etiam յայս պէս. & ut duæ voces in unam coalescant սասկէս & հսկէս. teste *Rivola* in Lex. p. 320. m. & 35. i. Ceterùm

Cœterum versio textum Ebraicum sequitur, ubi est **חִכְסִיכָ**. Idem facit Chaldaeus, Syrus, & Arabs. LXX. autem & Vulgata habent **ταίδες**, **Hæc**.

Uub. Dicit.] Est 3. Sing. Præf. Indic. verbi **uulz** **Dicere.**

Et quod Ad Edom.] Est accusat. à nom. *Et quod:*

Liqui Rumorem audivit.] Prius vocabulum est Nomen Substant. in Accusativo apharesato, qui Nominativo exactè similis est, positum, accedens ad German. Lermen. Alterum est tertia præt. verbi heteroclitici **L**ut. Audire, quod præteritum format **L**ut. **L**audiū audivi Dan. VIII, 13. vid. Galan. Gramm. p. 87. In versione Armeni à Fontibus recedunt, qui primam pluralem Præteriti adhibent: **שָׁמֹועַת שְׁמֻעָנוּ** Auditum audivimus, quomodo etiam Vulgata reddit, & Targum **בְּסֹרֶא שְׁמֻעָנָא** nuntium audivimus, & Syrus **كَوْنَجْ كَوْنَجْ** Rumorem audivimus. LXX. verò retentâ cùdem personâ, numerum variant, vertentes: **ἀκοην ἡκσα.** Arabs retento numero, personam immutat: **سَمِعْتُمْ سَمِعْتُمْ** Audivistis auditum. Armeni & alium numerum & personam aliam adhibuerunt, nullam adeoque harum versionum secuti.

¶ **S** à *Domino.*] Est Ablativus, isqve compendiosè scriptus, primâ & ultimâ tantum literâ expressâ, pro **S** *anum*. à nominativo **S** :

և պաշարումն *Et obsidionem.*] Est nomen verbale casū accusativi,
qui tamen ob demtum initiale **q** cum Nominativo congruit; descendens à
պաշարԵլ *Obsidere*. Seqvitur hoc loco versio Armenica τεξ LXX. qui
habent τεξιχὴν munitionem, *obsidionem*, derivato Ebræo יְרָא (qvod Lega-
tum hic notat) à יְרָא *obsidere*. Jonathan, Syrus & Vulgata Fontes seqvuntur,
B reddentes

reddentes **אַחֲנָוֹת** **أَخْنَوْتَ**. *Legatum.* Arabica versio, habet **أَخْنَوْتَ**, qvod Interpres Latinus hujus versionis in Opere Anglic. reddit *Compendium*. Num recte, dispiciat cui otium est. Alias **أَخْنَصَارُ** *Compendium*, *Epi-*
tomen notat. Jerem. XLIX, 14. eadem vox **נִצְחָן** in eadem etiam phrasí o-
currit, ubi tamen convenientius reddiderunt LXX. per **αγέλλες**, qvos secutus
est Arabs, vertens **مَلَائِكَةً** & Armenus, **Հրեշտակ** *Angelos*.

Առաքեցի *misi.*] Est tertia pers. Sing. verbi **առաքել** *Mittere.* Fontes habent Passivum **ողղվ** *missus est*, qvod LXX. exemplari punctato destituti, **ողղվ** legerunt, verteruntq; *ιχαπίσειλεν misit*, in voce Activâ, qvam etiam Vulgatus, Arabs & Armenus adhibuerunt. Targum autem & Syrus Passivum retinuerunt.

՚ի Հեթանոսան. *Gentibus.*] Est Dat. plur. à Nom. Sing. **Հեթանոս** *Gens, Natio.*

Արիք *Surgite.*] Est secunda plural. Imperativi verbi heteroclitî **յարմակ** (*ո* **յարիկ** enim, qvod Rivola p. 271. f. & 272. init. ponit, dubito in usu esse:) *Surgere*, qvod Imperativum format anomalice **արի** *Surge*, Psal. VII, 6. vid. Galan. Gr. p. 93. i. Prima pluralis futuri, itidem anomala, mox sequitur,

Լյարիսմք *Et Surgemus.*]

Ի վր *Adversus.*] Est Præpositio, abbreviatè scripta pro **ի վր** qvod Num. I, 45. vel **ի վրայ**, qvod Lev. V, 5. legitur. Regit Genitivum.

՚ի Իլլօս.] Est Genitiv. plural. compendiosè scriptus pro **՚ի լուս** . à Sing. **՚ի** vel si Rivola habenda fides p. 278. m. **՚ի լլօ**. Citatæ versiones Singularem numerum usurpant, & in feminino quidem genere, (qvod in Fontibus extat, **עֲלֵה** ;) Jonathan **עֲלֵה**, Arabs **عَلَيْهَا**, & LXX. **ἐπ' ἀστὴν**, *adversus eam*; In Masculino autem Syrus **οἱ ۢلَدَن** & Vulgata *Adversus eum*. A qvibus omnibus iterum versio Armenica discrepat.

՚ի պատերազմ *In bellum.*] Est Dativi Casus, qui demto Signo Dia-
critico **՚ի** Nominativum repræsentat.

Ad vers. 2.

ԱՀԱ *Ecce.*] Est particula, à qvā non abludit Chaldaicum ԱՀԱ, Syriacum Յօ՛ & Arabicum ڪ. Recurrit Genes. XX, 16. Exod. V, 16. Dicitur etiam աՀԱյ & աՀԱւասիկ, qvæ posterior vox legitur Ps. XLVIII, 5. 2. Reg. VI, 13. Jcf. VIII, 18. Nah. II, v. ult. Marc. XIII, 23. &c. & usurpari solet, quando de primā personā sermo est, & significare *Ecce ego*, vel *Ecce apud me*. In loco Jeremiæ citato, nostroqve parallelo cap. scil. XLIX, 15. nec non cap. VI, 21. Jcf. XXII, 17. Gen. I, 29. alibiqve legitur աՀԱւասիկ. qvod personam secundam communiter refert, *Ecce tu*, vel *Ecce apud te*. Tandem etiam աՀԱւանիկ occurrit in eod. cap. Jer. v. 22. valens *Ecce Ille*, vel *Ecce apud Illum*. Galanus in Grammat. fol. 112. b. աՀԱսիկ. աՀԱսիկ. & աՀԱնիկ in istâ significatione adducit. Simile exemplum. vid. ibid. fol. 110. a. lin. 1. f. Ceterum tres istæ literæ secum invicem permutatæ, sunt ipsa Armenorum Affixa, tres personas referentia.

Սակաւաւոր *Parvum*, sive *Exilis conditionis.*] Descendit à սակաւ. *Modicus, exiguis.* Adjectâ terminatione աւոր (qvæ affinis est alteri աւար, ut: միջավար *Mediocris statu's & conditionis*, Riv. p. 264.) statum hoc loco describente, est սակաւաւոր. qvæ vox etiam Mich. V, 2. legitur. Ita à փոքր *Parvus, pusillus*, descendit փոքրաւոր *Inferioris conditionis & statu's.* Rivol. p. 380. In l. c. Jeremiæ usurpatur փոքրիւս. cuius adverbium *Rivola l. c.* exhibet փոքրիւս. *Paulo minus.* Ceterum Jonathan Ebraicum յօ՛ *Parvus*, per ՅԴՅ *Debilis, infirmus*, reddidit.

Եսու *Dedi.*] Est à verbo Anomalo տալ *Dare*, cujus prima sing. Præter. est Եսու. qvæ in textu legitur, & recurrat Gen. I, 29. cap. XX, 16. Fzech. XVI, 7. Mal. II, 9. Joh. XIII, 15. cap. XVII, 14. 22. Apoc. III, 8. Galan. in Gr. p. 91. hanc vocem non observavit, sed ejus in locum substituit տալ *Dedi*, qvod Rivola etiam p. 365. m. exhibet. Secunda Persona hujus Præteriti (qvam malè pro tertiat habet Rivola l. c. & p. 108.) est Եսուց Gen. III, 12. Nehem. IX, 15. l. Reg. III, 7. Luc. VII, 44. 45. cap. XV, 29. Joh. XVII, 2. bis. 4. 6. bis. 7. 8. 22. & cum u' affixo Եսուց *Dedisti illos*, Joh.

Joh. XVIII, 9. 11. 12. 24. bis. Tertia Persona est **En dedit**, Deut. XXVI, 10. (ubit tamen in Ebræo est Pers. secunda) & v. n. 1. Reg. I, 48. Math. X, 1. XIV, 19. XV, 36. XXV, 15. XXVI, 27. 48. Marc. II, 26. Luc. VI, 4. 1. Cor. III, 5. Satis cœteroquin manifestum est, has personas ex Aoristis Græci verbi διδωμι derivatas esse, è secundo quidem ἐδω, tres recensitas, cum tertia plurali **Εννεντι**. 2. Chron. XXVIII, 15. Matth. XXVII, 10. 34. XXVIII, 12. è Primo autem ἐδω, secunda pluralis **Εννεντι** p. ἐδωκατε, Matth. XXV, 35. 42. In loco Jeremiæ parall. adhibetur in versione Armenicâ, ut & interpretatione Latinâ versionis Syriacæ, nec non Aris Montani, Persona prima Sing. Futuri **redditurus sum**, cùm tamen ubique Præteritum legatur.

Ωρη Tc.] Est Accus. Pronom. ηπι Tu.

Βαπτι u *In gentibus.*] Est casus Commorativi Plur. à Nominat. Sing. **աղբ** Gens, generatio. Jer. XLIX, 15. loco jam aliquoties cit. redditur, **իմբլ աղբաց** Inter gentes.

և սնազրեալ *Et contentus.*] Est Particip. Præter. verbi **անսպազ** *Despicere additis etiam conviciis*, secundum Rivol. p. 18. m. Galanus in Lex. fol. 2. col. 1. i. reddit per Reprobare. In Jeremiâ aliud verbum, sed ejusdem significationis, legitur, **աղչափարշեալ**. vid. Rev. l. c. & p. 42. m.

Ես. Es.] Est 2. Pers. præf. verbi Subst. **Էլ** Esse.

Դու Tu.] Est Pronom. secundæ Pers.

Յոյժ Valde.] Est Adverbium, recurrens Esa. LVI, 12. Arabs habet **إلى أكفاية** Præter modum.

Ad vers. 3.

Հպարտութիւն Superbia.] Est nomen abstractum à Concreto **Հպարտ** Superbus, formatum: vid. ann. ad vocem primam tituli. Jonathan Ebraicum יְתִר reddit **ՍՄ** Impietas. Reliqvæ versiones Superbie significatum retinent. In loco Jer. v. 16. eandem hanc vocem LXX. reddunt **Իրավա** Impudentia, qvos seqvitur Armenius, reddens **Արքութիւն**. Syrus vocem. **Խօճառք** Arrogantia, qyam in nostro textu adhibuerat, retinuit, prout Jona-

Jonathan nrum عشّر. Arabs verò habet جفاوة Duritia , vel Iniquitas, Inuria. vid. Gol. Lex. Arab. col. 515.

Արտի Cordis.] Est Genitivus Nominativi սիրտ. Cor.

Քո. Tui.] Est Genitivus pronominis possessivi քո. vel քո. (qvod ipsum e. Genitivus pronominis personalis դու) tuus , pro qvo alias in eo casu dicitur քոյն . vid Gal. Gramm. f. 49. a. f. & 52. Mutuati sunt hanc vocem Armeni ex Ebraismo , ubi Caph suffixum sec. pers. reperitur.

Բարձրացոյ զբեզ Extulit te.] Est 3. Sing. prater. verbi mox occurrentis բարձրացուցանիլ exaltare , elevare , extollere . vid. Gal. p. 75. Derivatur hoc à nomine բարձր Altius. In Ebræo legitur קָנִישׁתְּךָ decepit te , qvod Jonathan , Syrus & B. Luth. rectè interpretati sunt עֲשָׂו אֶחָדָךְ Seduxit te , hat dich betrogen : LXX. verò legentes קָנִישׁתְּךָ reddiderunt ἐπῆρε σε extulit te , qvos seqvitur Vulgata , Arias Mont. Arabs & Armenus. In Jeremiâ LXX. habent ἐνεχειρησέ σοι molita est tibi ; Arabs كَانَ مَسْتَعْنَى destinavit , vel designavit tibi sc. hoc ; Armenus autem totum illud comma קָנִישׁתְּךָ תַּלְצֵלְךָ sic transfert : Այսանութի քո հասոյ քեզզայի լըսութի սրտի քո : Ludibrium tuum adduxit tibi illam impudentiam cordis tui. Rectius tamen interpretati sunt hunc locum Jonathan . Syrus & nosler Megalander , eandem scilicet , qvam in Obadiâ , versionem usurpantes. Ipsa etiam Vulgata hîc habet : Decepit.

Բնակել Habitare , i. e. ut habitares.] Est ipse Infinitivus , qvem vitiosè Rivola in Lex. p. 62. f. scribit բնակել . Recurrit 2. Chron. VI , 1. Psalm. LXXXIV , 10. cum aff. դ. Deut. I , 6. & ն , simulqve cum particulâ ՚ի Jud. XI , 26. In Ebræo & versionibus Participium adhibetur , Habitans , cui Arabs exclamandi particulam præmittit أَيْهَا أَلْسَاكِنُ ô habitans.

՚ի ծավկ Inforaminibus.] Est Comorativus plur. à Nom. Sing. ծավկ.

Վիմսոg Petrarchm.] Est Genit. plur. à Nom. Sing. Վէմ. cuius Genitiv. est Վիմի .

Բարձրացուցանել *Efferre.*] Modò fuit.

Հիսակութիւն *Habitationem.*] Est Acc. Sing. à Nom. բնակութիւն. qvi Nah. II, 12. legitur.

Իւր Suam.] Est Pronomen. In Ebraeo hoc comma redditur מִרְוָם שֶׁבַת (in) Celsitudine habitationis ejus , qvod bene vertit Syrus: **תְּמֻלֵּחַ חֲסֹן** Et in sublimis edes ejus. Arabs in Accentuationem Ebraicam impingit, qvando vocem עַלְפָּה cum מִרְוָם-combinat , qvas tn. intercedens Tiphcha disjunctas cupit. Vertit enim utrumq; comma h. m. **أَنْهَا مُلَائِكَةٌ فِي شَقْوَقِ الْأَصْنَافِ وَرَأَتِ الْمُرْتَفَعَةَ مُسْكَنَةً**

Interpretatio Lat. ex opere Engl. sic sonat : ô cuius domicilium habitat in hiaribus petrarum sublimium. LXX. Participium usurpat, non tamen in accusandi casu, ut præcedens καταστημένος (qvamobrem etiam maximam in versu distinctionem in voce οὐλός faciunt, & Athnachum τεθνήσκων in illam non sine errore transferunt:) sed nominandi: ὁ ψῶν κατεστάνων εἰρητος exaltans habitaculum suum. Vulgata itidem Participium usurpat, ac in hoc & sequente commate suffixum tertiar personæ cum secundæ permutat, reddens: Exaltantem solium THYM: qui dicis in corde THO. Armenus emnia tria. Participia τοῦ LXX. nempe καταστημένος, ὁ ψῶν, & λέγων per Infinitivos reddit. Totius autem versus hic sensus est: Propheta Dei nomine Edomum alloquitur: Superbia cordis tui te decepit. Postea per apostrophen quasi auditorio exponit, in qvonam ille fastus consistat. Namque habitat in scissuris petrae, in altitudine habitationis sue i. e. in excelsissimâ habitatione: Neque hoc sufficit, verum etiam dicit in corde suo: *Quis descendere me faciet in terram.*

Եւ ասել *Et dicere.*] Est ipse Infinitivus.

Կ սրտի իւրուս *In corde suo.*] Utrumque nomen in Commorativo casu Sing. extat, à Nom. սիրտ Cor , & իւր Sunus.

Ու *Quis?*] Est Pronomen interrogativum, conveniens cum Agyptiaco os *Quis?*

Իզուցէ *Ex alto deturbabit.*] Est tertia Fut. Sing. verbi իզուցէլ:

Զիս Me] Est Accus. Sing. Pronom. Ես Ego.

Յեղիւ

ՅԵՐԱՒԹՅՈՒՆ *Interram.*] Est Dativ. Sing. à Nom. **ԵՐԱՒԹՅՈՒՆ**. Regitur autem ille à verbo præcedente, motum ad locum denotante.

Ad vers. 4.

ԵԹԻ ՏԻ] Est Conjunction. Alias dicitur **ԹԻ** & **ԹԻ**. *Riv.* p. 132. 134.

